



1495










1/6/4


OTIVM
SINE LITERIS
MORS EST
Seneca
Ex Libris Ioannis Nencini
1874



Orationes et Carmina Baroaldi.



PHILIPPVS BEROALDVS MARTINO BOEMO DISCIPVLO SVO.

c Ollegi nuper oratiunculas nõnullas uariis a me temporibus & argumentis concinnatas:easq; te impulsore tradidi impressoribus imprimendas: quæ fortassis tutius intra chartaceam meam supellectilem delituissent sicuti prius situ puluereo obrutæ delitescebant. Sed mos gerendus fuit tibi id a me petitionibus prope quotidianis efflagitanti : quẽ mei nominis amantissimum meæq; quantulacunq; est eruditionis studiosissimum cognoui:Et sane tu unus in primis id facis quod faciendum doctissimi scriptores preceperunt:ut preceptorem non minus:q̃ ipsa studia ames:eumq; ad patris uicem colas:qui & ipse animorum parens merito nuncupari potest.Nam sicuti parentes filiorum corpora effigiant.Ita preceptor discipulorum mẽtes format:quæ res tanto preciosior uideri solet quanto homo interior homine est exteriore prestantior. Tu uero perge quo cepisti mi Martine inter scolasticos transmontanos probatissime:& litterarum studiis prout facis uigilanter incũbe.Enimuero suauissimi tui mores. Ingenii specimen.Naturæ docilitas & auiditas inexausta discendi spondent talem te futurum:ut quandocunq; in patriam repedare destinaueris domuitionemq; capessere:possis tecum cũ cultu nitoreq; italicorum genuino opulentiam quoq; litterarum in Boemiã reportare.Hic autem libellus ut opinor neq; tibi neq; tui simillibus sordescet propter rerum quas continet non iniucũdam uarietatem. Vale & dilige doctorem.

Philippi Beroaldi Bononiensis oratio habita in enarratione Georgici carminis atq; Tranquilli : qua laus rei rusticæ continetur.

Rudentis litterarum professoris officiũ est Viri prestã tissimi Verba rebus quas tractaturus est accommoda- ret & orationẽ illis applicare scriptoribus quos ẽ enar- raturus. Vt scilicet talis sit prima oratio qualis est rerum explican darum futura materia. Et quemadmodum ille ineptus dicitur esse precator qui aquam a libero uinum precatur a nymphis: ita pre- posterus ille uideri potest enarrator: qui in prĩcipio suarum enar rationum uagatur extra propositum. & dum amphoram facere debet urceum format. Nec immerito uetus ille uituperatur ora- tor qui cum diserte diceret & uolubilitate uerborum raperetur causam omnino non tangebat: unde prudens auditor & iudex bñ inquit & bene. sed quorsum istud tuum tam bene? Nos igitur ne ab officio boni professoris discederemus ea hodierno die di cere instituimus quæ agricolationis Virgilio & hystorie scriptori tranquillo sint accommodata. Quæ dũ a nobis explicantur Vos omnis queso ut benigne attenteq; audiatis: Nec inuiti sexquiho ram officio litteratorio impartiatis: Ea enim ut speramus audie- tis Quæ uoluptati nobis sit audiuisse. Et utilitati meminisse. Vitæ hominum traditæ sunt duæ. Rustica & Vrbana. Quæ quẽadmo- dum loco distinctæ sunt: ita temporis interuallo separatæ. Lon- ge enim antiquior rustica est Cum rura diu ante urbes inuentas homines coluerint: & immenso annorum numero agricolæ urba nis antecellunt. nec mirum. Cum diuina natura dederit agros. ars humana edificauerit urbes: Ipsam uero rusticam uitam eruditissi- mi bifariam diuiserunt uidelicet in pastoriciam & agriculturam. Alia enim scientia coloni est. alia pastoris. neq; idem sunt pastio & agricolatio: Quæ ab exiguis profecta primordiis ad id dignita- tis processit ut rustici urbanis preponerentur: Vt apud ueteres ro manos rusticæ tribus laudatissimæ iudicarentur: Vrbanæ uero ignominiosæ. Et apud antiquos grecos illustrissimus quisq; pa stor erat ex quo alios greco uocabulo polyarnas: alios po-

lymelas:alios polybutas uocitarunt.a multitudine uidelicet agno rum:ouis:ac boum.Romani cum uirũ bonũ laudabant eũ bonum agricolã bonũq; colonũ appellitabant.Amplissime.n.laudari existimabatur qui ita laudabatur.In tanto deniq; honore:tãtaq; estimatione apud priscos fuit rusticatio:ut imperatores romanos nõ puderet manibus triũphalibus colere agros:Tractare semina. Disponere arbusta:& eadem diligẽtia metiri arua qua castra & eadẽ cura exercere ligones:& sarcula qua gladios & pila:Ipsi proceres urbis in agris morabantur.Et ut inquit elegiarum scriptor.

Centum illi in prato sępe senatus erat.

Et cum consilium publicum desiderabatur a uillis accersebantur in senatũ ex quo uiatoribus nomẽ est inditũ senatores ducesq; in urbem accersentibus.Aranti Cincinato uiator attulit dictaturam. Serranũ inuenere serentẽ oblati honores Portius Cato ille Censorius & omniũ bonarũ artiũ magister agri colẽdi studiosissimus fuit:& uillaticis uoluptatibus in primis oblectabatur.Inter externos quoq; Abdolomino agrum colenti regimen Tyriorum ultro traditũ est:& ultro oblata sunt regię maiestatis insignia.Preterea nobilissimarũ familiarũ non aliunde cognomẽta sunt q̃ a rebus rusticanis.Nã Fabii.Lentuli.Cicerones a leguminibus quę quisq; optime serebat cognominati sunt:Pisones a pinsendo nũcupati. Multa quoq; nomina habemus ueterum Romanorum partim a maiore:ptim a minore pecore deducta.Nã iunios bubulcos. Statilios tauros.Põponios uitulos cognominarũt.Et Porcii Catones:& Annii capræ inde dicuntur.Quinetiã Italiam nũcupationẽ traxisse a uitulis:quos græci antiqui italos uocabant. Et Romanorum populum a pastoribus esse ortum nemo non nouit. huc adde q̄ ex agricolis gignuntur milites strenuissimi:& optimi Tyrones ex robusta rusticorũ iuuẽtute diligebant. Firmiora etenim salubrioraq; sunt corpora eorũ qui sub dio artus roborãt:forisq; uersant:q̃ qui in urbibus intra cõsepta umbrosa desides cõctant.

Et hinc me hercules est q̄ græci romaniq; Templa esculapio me dicinæ deo extra urbes edificabant. Quia uidelicet credebant fidelius constantiusq; illos ualituros qui in agris q̄ qui in ciuitati bus habitarēt. hinc illa ueterum romanorum mascula proles agre stibus operibus exercitata & subdialibus durata laboribus belli cos tumultus martiasq; exercitationes facile sustinuit & aduersus hesternos hostes semper uictrix semper inuicta surexit. Enimue-ro tempora illi ita partiebantur Vt nonis tantum diebus res ur-banas reuisitarent reliquis septem diebus res rusticas exercerent Vnde & nondinarum conuentus constituti. Preterea cum merca-torum questus sit periculosus & calamitosus cum feneratorum in honestus & dedecorosus Cū opificum sordidus & illiberalis: Sola ē agricultura ex qua questus stabilissimus honestissimusq; cōsequit̄ minimeq; īuidiosus: Quā Aristoteles ī œconomico po tissimā secūdū naturā possessionū eē cōmemorat. ī qua catōis ora culū uitē q̄stuosissimā iudicauit. scropha uero pratis primatū bo-nitatis dedit: a quo antiq prata pata noīauerūt. Hic locupletes ap pellati loci hoc est agri pleni. Et ipsa pecunia ipsūq; peculium a pecore nomen sortiuntur: quod in rusticatiōe questuosissimū ē Quod unū diuitiarum genus apud ueteres usurpabatur. Extāt tamen auctores inclitissimi qui autumant pecuniam a nota pecu-dis esse appellatam: qua signatus fuit ex ære nūmus a Seruio Tul lio rege romanorum. Theseum quoq; apud grecos memorie pro ditum est signasse nūmum bouis nota ut ita ad agricolatiōem at ticos prouocaret. Vnde hecatonboon quod est centum numorū & decaboon quod est decem appellant ab eo nūmo in quo effi gies bouis erat insculpta. Quin etiā luculētissimi scriptores fortu natiorem beatioremq; rusticorum uitam q̄ urbicorum esse dixe-rūt. & olim Delphicus Appollo Aglaum prophodium dixit esse felicissimum: Qui paruum quidem prediolū colebat sed annuis uictibus large sufficiēs. Ex quo nunq̄ egressus ferebatur. Et Dio-

clicianus imperator imperio imperatoriaq; purpura depositis se stinabundus se cōtulit ad Tranquilitatem rei rusticæ quietissimā Illicq; in ocio beatissimo consueuit. Et Atalus Rex omissa regni administratione hortos fodere cepit & gramina seminare. Vnde non minus uere q̄ eleganter scripsit Mantuanus Homerus.

O Fortunatos nimium sua si bona norint.
Agricolas, Quibus ipsa procul discordibus armis.
Fundit humo uictum facilem iustissima tellus.

Idem secundum literatam uitam qua nihil est excellentius nihilq; amabilius: Exoptat uitam rusticanam scribens facundissime

Rura mihi & rigui placeant in ualibus amnes.
Flumia amem siluasq; inglorius: Et ab Oratio decētissime dictū ē
Beatus ille qui procul negotiis,
Vt prisca gens mortalium
Paterna rura bobus exercet suis
Solutus omni fenore. Lucretius quoq; de uita rustica loquēs ait
Tum loca tum sermo tum dulces esse chachini
Consueuerant. Agrestis enim tum musa uigebat. Et ab eodē ocia agricolarum dia hoc est generosa nuncupantur. Merito igitur de agricultura tam honorata tā laudata. tamq; frugifera non solum priuati scriptores p̄cepta tradiderunt: Verū etiā reges opepretiū se facturos existimarūt si de re rustica libros cōdidissent. Nec talē scriptitandi prouinciā maiestati regiæ indecorā esse crediderunt Siquidem Hiero. Attalus philometor: & Archelaus Reges Xenophon & Mago duces de rusticis rebus diligētissime perscripserunt. Complures uero minori fortuna: non minori cura apud græcos negotium istud scriptis prodiderunt. Apud latinos autē M. Cato: q dictus ē optimus orator. optimus Senator. optimus Imperator Agricolationē Ciuitate romana donauit: & eam loqui latine primus instituit. Cuius liber extat eruditissime conscriptus & propter uetustatem adorandus. post hunc duo Sasernae

pater & filius. deinde Tremellius scropha. Cor. Celsus Iulius atticus. Iulius grecinus & Iulius hyginus: & gargilius Martialis hanc materiam prosequti sunt. Quorum uolumina calamitate temporum & incuria mortalium deperdita desiderãtur. Ex his uero qui leguntur Terentius Varro rẽ rusticã expoliuit. Plinius cõpositissima breuitate uenustauit. Paladius decentissimo ordine distinxit. Columella autem tanquã rusticationis parens eam diligẽtius erudiuit: & totũ disciplinæ corpus luculentis uoluminibus complexus est. Sed nos maxime omniũ Virgilium Maronem ueneremur. Qui quasi canon fuit posterioribus scriptoribus agriculturæ precepta petentibus ab eo uelut a lege quadam. Quo uno Columella precipue est usus archetypo: qui carmine rem rusticam fecit eloquentẽ. Eamq; unus omnium maxime illustrauit: qui tanto maiore est hesiodo ascreo in hoc scribendi genere apud græcos prestantissimo: quanto Mantua maior est ascra. Laudationibus Maronis in presentia supersedebimus: cũ illius tanta sit gloria ut nullius laude crescat. nullius uituperatione minuatur. Hoc unum obiter dixisse contenti simus Virgiliũ tantũ inter latinos poetas oẽs excellere quantũ inter minores stellas luna splendescit. Cui nõ fauor principum nomen conciliauit. Sed ingenium diuinũ eximiæq; uirtutes fauorẽ principũ & populi comparauerunt. Qui hoc solus assecutus est: ut appellatione poetæ Virgilius apud latinos intelligatur. Sicuti apud græcos Homerus sicut nũcupatione urbis Roma significatur. Est enim poeta haud dubie incõparabilis: & quẽ cæteri oẽs lõgo interuallo subsequãtur: ut uerissime scripsit Quintilianus: & olim populus romanus auditis in theatro Virgilii uersibus surrexit uniuersus: & presentẽ spectãtẽq; poetã tanq̃ alterum augustũ est ueneratus. Hic ẽ ille quẽ oẽs scriptores certatim extollunt. De quo Alcinius poeta sic scribit.

De numero uatum siquis seponat homerum
Longe erit a primo quisq; secundus erit.

Et si post primum Maro seponatur homerum:
Longe erit a primo quisq; secundus erit.
Hunc etiam duo in lingua uernacula excellētissimi poetæ Franciscus petrarcha & Dantes florētinus sūmis laudibus decorarunt. Cōsensus eruditorum ē nullum latinorū poetarū. P. Virgilio esse cōparādum nedum æqparādum. Qui a Lactātio nostrorū primus a Seneca Vates maximus. ab Augustino poetarū oīum p̄clarissimus & optimus appellat̄: Quē Alexāder romanus impator Platonē poetarum nūcupabat. Enarrabimus itaq; cōsultissimū rei rusticæ illustratorē. Et diis bene iuuātibus Virgiliana georgica auspicabimur. In q̄bus tā emūctus: tā eloquēs: tā eruditus ē: tā deniq; absolutus cōsumatusq;. Vt nō pauci ingenio doctrinaq; prestantes: Georgicū Maronis carmē æneidi illi diuinæ anteponere nō uereātur. Ego uero ut hoc diiudicare non ausim: ita illud affirmare nō dubitē in georgicis Maronianis tātā eē rerū uerborumq; copiam tantā multiformis doctrinæ cognitionē: quātā in paucissimis scriptoribus nouisse meminerim. Enarratio huius poematis cōplectetur enarrationē Columelæ. Catonis. Varronis: atq; palladii. multa quoq; plinianæ eruditiōis cum Virgiliano carmine enodabimus: quæ prophanum uulgus ignorat. Eidē etiā lectiōi multa iurisconsultorum accōmodabimus: apud quos tituli sunt rerū rusticarū ut de fundo instructo. de seruitutibus p̄diorū: finium regēdorū: de aqua quotidiana & estiua: de fōte: de riuis: & multa id genus: interlegēdū obseruabimus: q̄ curiosi lectores Georgicorum fuerint diuus Augusti. diuusq; Hierony. q̄ sepiuscule istius poematis citāt testimoniū: & in primis Hieronymus ī epistola ad rusticū monachū Versus illos decēter usurpat. Ecce supcilio cliuosi tramitis undā elicit: quorū pulcherrimorū uersuū spectatores eē admonemur in decretis. Di. nouissima de cōsecratiōe. Lectiōi maronianæ copulata erit lectio suetonii trāquilli scriptoris cādidissimi Cui cōsensu eruditorū dat̄ palma ī uitis impatorū scriptitādis. Et quē

admodũ Virgilium rei rusticæ scriptores exẽplar hñt. Ita Suetoni um tãquã ducẽ posteri sequuti sũt in hoc genere scribẽdi. Vñ Iuli us capitolinus ꝓfitet se illo modo & ordĩe scribere uelle de impa toribus: quo Suetonius trãquillus scriptitauit. Et diuus Hierony- mus scriptorum ecclesiasticorũ Catalogũ texẽs ducẽ seqtur trãql lũ: & eius uolumẽ de grãmaticis & rethoribus uenustissime cõscri ptũ habet Archetypon. Idem a flauio uopisco scriptor emẽdatis simus et candidissimus appellatur. cui dicit familiare fuisse amare breuitatem. Erit opæpreciũ ĩ trãquillo tãquã in lucidissimo spe culo cõtẽplari: qui mores: quæ studia fuerit uirorum maximorũ: Quorum cognita uita sententiã illam platonis nerissimã esse cõ- probabit. præclara ingenia: Quẽadmodum uirtutes maximas ita uitia quoqꝫ maxima producere solere: & quod nos quærimur id maiores nostros questos esse: uidelicet illo prisco seculo euersos fuisse bonos mores: regnasse nequitiam: & ex ĩpatoribus plures extitisse flagitiis maculosos q̃ uirtutibus decoratos: oĩs historiæ iucunda cognitio ẽ & ferme oẽs historyci fauorabiles: sed tanto fauorabiliores illi censendi sunt: quanto dignioribus sunt accõ- modati. principibus autẽ accõmodatissimi sũt libri de uita & mo ribus principum concinnati Qualis est Suetonius. Vnde capiant exempla quæ imitentur: Et quæ uitanda sunt: Vitare condiscant. Hinc est ꝙ Demetrius phalereus Ptolomeum regem monere so- lebat ut libros de impio regnoqꝫ cõpositos lectitaret. in illis enĩ scripta documenta cõtineri: quæ amici monere nõ audeãt. Et Sci- pio africanus laudatur ꝙ pædiam Cyri a Xenophõte elegãter ma gis q̃ fideliter scriptã nunquã dimittebat e manibus. Quã Cicero cum imperator esset totam legendo cõtriuit. hoc duces. hoc prin cipes maxime decet. hoc a sũmatibus uiris fieri debet in legendo tranquillo: quod Africanus: quod Cicero in Xenophõte factita- runt. Nos uero faciamus id quod Cyprianus: qui absqꝫ Tertullia ni lectione nullam diẽ preterire ꝑmisit: qui crebro dicere solebat.

Da magistrum uidelicet Tertulianũ significãs. Nullum nos quoq; diem sine tranquilli lectione pretereamus. Et sicut Archesilas antequã iret dormitum: & mane cum surgeret ibat ad Homerum lectitandum dicens se pergere ad Amasium: ita nos & matutino & uespertino tempore ad Tranquilli lectionem perinde ac dulcis Amasii accedamus. & in eo ueterum imperatorum uitam mores gesta contemplemur. ne pueri semp esse iudicemur. Nãq; nescire quid antequã natus sis acciderit idest semp esse puerum. Erit medius fidius Tranquilli lectio plena iucunditatis: plenaq; eruditionis: sed eruditionis neq; protritæ neq; triuialis in qua hoïes alioquin eruditi allucinantur. Quæ recõdita ẽ & clausa in litterarũ interiore sacrario. In cuius uestibulo herẽt hoïes male litterati. Sed quid ego tã multa de Virgilio Trãquilloq; cõmemoro? quorum eruditio eruditissima: & facundia facundissima per se patet & manifestaria est. Ego uero omni studio oïq; diligentia elaborabo: & omnibus uiribus neruisq; contẽdam: implicita explicare: nodosa enodare: & abstrusa recludere. In summa pro uirili parte cõnitar: ut nulli auditorũ enarrationes nostræ sint futuræ infructuosæ ut nullus gymnasii nostri cultor assiduus merito dicere possit se operam & impensam sub magistro penitendo perdidisse. Sed iã tempus est canere receptui. Et uela orationis meditatæ complicare: ut deinceps extẽporalis eloquutio oram soluat. & per æquor patẽtissimũ minime cũctabũda discurrat. Cuius merces incõpositæ nõ minus futuræ sint frugiferæ atq; iucũdæ: q̃ oratiõis cõpositissimæ fuerũt. Vos queso ut queadmodũ iã quæ diximus attente audiuistis: ita quæ dicturi sumus attẽte audire uelitis. Dixi.

Philippi Beroaldi oratio habita in principio enarrationis Propertii continens laudes amoris.


Ocrates ille fõs philosophorũ uiri clarissimi: Cuius luculẽtis dissertatiõibus libri Platõis sũt refertissimi q̃dã oli orõe amorẽ uitupaturus ob uerecũdiã pallio caput

opuit. Idẽ mox eiuſdẽ laudationẽ ꝑ palinodiá hoc ẽ cõtrariũ cátũ celebraturus id aperto atq; reuelato capite factitauit. Nos quoq; in ꝑñtiarũ amoré laudaturi Socratis exéplo nõ obuoluto capite dicemus: ſed apto nõ pudibũdi tergiuerſante ſue: Sed ſequeſtrato pudore alacres deũ illũ laudabimus: q unus & maxíe laudádus é: & maxíe laudabilis. poetaſq; amaſios atq; poeſim amatoriá docebimus etiá grauiſſimis ꝑfeſſoribus conuenire dignaq; eſſe id genus poemata: Quæ in gymnaſio litteratorio publica profeſſione palá explicentur. Nouiſſimo loco perorabimus ea adhibita poratione: Quæ neq; auribus ueſtris iniucunda: neq; mentibus infructuoſa futura ſit. Quæ ſingula dum a nobis ſũmatim pertractantur: Vos quæſo me ſicuti facere conſueuiſtis benigne attenteq; audiatis. Magnus deus eſt amor & apud deos hoíeſq; mirandus ut philoſophorũ ſapientiſſimi dixerunt: & ob originé antiquiſſimá in primis honorandus: ſiqdé Heſiodus cecinit poſt illud primordiale chaos repéte terrá atq; amorem ſimul extitiſſe: & ut inquit eleganter ꝑmenides. Ante deos oés primũ generauit amoré. Vnde ab Orpheo Quẽ diuus Auguſtinus inter theologos priſcos annumerat cognominatus é phanes ab eo ꝙ ex chao primus apparuit. plures amores ſicuti ueneres fabuloſa fixit antiqtas. Quos luculenti ſcriptores poſteritati cómẽdarunt. Nos uero omiſſis reliquis amoré illũ celebremus: qui a Platone diuinitus memorat̃. Qui uirtutes amatoribus ſuis conciliat. Qui nos diis amicos facit. Nos a platonica diſciplina ne digito quidé: ut dicitur: tráſuerſo recedentes laudemus amoré ꝓut laudari meretur: dicamuſq; eũ eẽ celeſtẽ: beneficũ: pacificũ: pulcherrimũ: qui mortalibus maximorum bonorũ cauſa eſt: qui pacẽ largitur hoíbus. Qui uentis requiem: qui mari tráquillitatẽ: qui eleméta ſocietate cõglutinat: qui cũctas animantes familiaritate conciliat: beniuolentiæ largitor: maliuolentiæ exterminator. Et quéadmodũ coniungi non pót amaritudo cum dulcedine. caligo cũ lumine: pluuia cum ſerenitate: pu-

gna cum pace:cum fecunditate sterrilitas:cum tranquillitate tem-pestas:ita cum amore odium. Inuidia:liuor:maliuolentia copulari non possunt:& queadmodum radius a sole:calor ab igne: rigor a glacie:candor a niue nequeunt separari:ita ab amore diuelli non possunt beniuolentia:societas:necessitudo:cōcordia. hic est enim amabilissimus:amicitiæ nodus princepsq; ad beniuolentiam con-glutinandam unde ab amore amicitiam nuncupatam esse sapien-tes tradiderunt. Quod est in nauigio gubernator:quod in ciuita te magistratus:quod in mundo sol:hoc inter mortales est amor Nauigium sine gubernatore labascit. ciuitas sine magistratu pe-riclitatur: mūdus sine sole tenebricosus efficit:& mortaliū uita si ne amore uitalis nō est. Tolle ex hoibus amorē:solē e mūdo su-stulisse uideberis:huc adde q̄ hic deus a nobis omnem rusticitatē amolitur. omnis elegantie omniumq; mundiciarum pater est. Vn-de uenuste plautinus senex. Amorem deum appellat munditiantē eūq; nitidis nitoribus ait añcellere. Da mihi hoiem efferū. atq; tru culentum. hunc amor euestigio mollem reddet & māsuetum. Da rudem & rusticanum. statim ab amore fiet ingeniosus & urbanus Da incultum. ab amore cultissimus efficietur. Deniq; torpor oīs. segnicies omnis. somnus lethargicus. marcor. squalor. incuria ex amoris contubernio eliminantur. in quo industria. nauitas. uigilan tia. solertia, cultus nitor commorantur. At qui amotis accusator quid tantopere inquit hūc deum laudas & extollis? Qui multos mortalium dementes fecit. qui multos a semita uirtutum in uiam uitiorum decliuem precipitauit. Qui multis exitium concinauit. huic ego tam seuero obiurgatori:tamq; aspero amoris crimina-tori ita breuissime respondeo. Non est ista amoris culpa sed hominum qui amare nescinerunt. Sicut enim est quidam modus in rebus: sunt quidā prescripti fines:quos ultra progredi nephas est:ita in amore est quædam mediocritas adhibenda. Philoso-phorum sententia est moderatas esse uirtutes:excedentes modum

atq; mensuram inter uitia reputari. Vnde ab uno de septem sapien
tibus dictum est: quod latine
significat ne quid nimis. cui astipulatur oratiana illa sententia. Vir
tus est medium uitiorum & utriq; redactum. Hic modus: hæc mẽ
sura: hoc temperamentum: quod uirtutibus adhibetur: in amore
quoq; adhibeatur: & procul erit omnis de amore conquestio.
Nam ut inquit eleganter & uere Plautinus seruus. Bonũ est pau-
xillum amare sane. Insane non bonum est. Quid non ne hoc idem
precepit diuini dogmatis doctor apostolus precipiens in nobis
ordinatam esse debere caritatem? Quæ in multis ut inquit Orige
nes inordinata conspicitur. Vocabulo autem caritatis amorem in
canonicis scripturis appellari Hieronymus Augustinusq; notifi-
cant. preterea non laudes canimus amoris illius uulgaris atq; com
munis: qui pecuniis beluinisq; libidinibus dominatur. Sed illius
precones existimus qui celestis est: quem græci Erota appellitant:
aquo existimat Plato in cratyllo heroum nomen deriuari: quáuis
Augustinus & Martianus capella etymon hoc est interpretamen-
tum nominis heroum aliunde deducant. Et cum nihil aliud sit
amor sicuti doctissimi philosophorum diffinierunt q̃ fruẽde pul
chritudinis desiderium: illum non amorem laudamus: celebramus
extollimus: qui pulcherrimus est: qui ex pulchrorum desiderio na
tus: pulcherrima plura mortalibus cũctis ĩpartit. Non ne artes ut
reliqua ommittamus ab hoc quasi quodam fonte fluxerunt? Nó
ne hic omnium inuentionũ autor est & ꝓpagator? medendi náq;
& diuinandi & sagittas ab arcu excutiendi disciplinam amore du
ce inuenit Apollo: texendi artificiũ Minerua fabricam ærariam
Vulcanus: mẽsuras & põdera Phedõ: litteras Mercurius. leges Ce
res. quæ ob hoc a grecis thesmophora idest legifera noíat̃. De-
niq; omnes qui ut ĩquit Maro ꝑ artes ĩuentas uitam excoluerunt
Amore impulsore atq; autore cõmenti sunt nouas inuentiones.
Non. n. talia inuenissent nisi talia adamasent. Omitto quod per a-

moris benificium aīalia cuncta progenerantur ī terris: Non ne ea quæ inanimata dicunť amare quodā modo existimanť. hinc Magnes ferrum trahit. Succinum paleas. cecias nubes. & ut inquit Empedocles. Arida terra amat imbres. Et nemo nō ut inquit Hieronymus aliquid amat. Deniq; amore constant omnia augescunt florescunt propagantur. Et ut autor est Aristoteles ī ethicis id cuiq; uoluptati est: Cuius dicitur amator. & iucundissimum est re amata potiri. Igitur amorem colamus amorem meritis preconiis extollamus: a cuius sacrario procul abscedat prophanum uulgus hoc est homines inuidi atq; maliuoli. Sicut. n: non conuenit mēdacio laudare ueritatem: pauori fortitudinem. uitio uirtutem: ita maliuolo amoris cultura non cōuenit. Quīpotius qui maliuolus ē is colat atq; secteť deū amori contrariū. Quē prisci Anterota quasi cōtra erota hoc ē cōtra amorē eregione collocatū nūcupauerūt. Ceterū cū ille qui deū colit amet & sacerdotes: Nos qui amoris cultores eē uolumus. diligamus illius sacerdotes q ꝑfecto sūt poete amasii atq; elegiographi: quorū lepidiora poemata non sunt aspnanda. neq; ꝑ argumento ipudiciciæ sunt habenda: & q̄uis uetus uerbū sit talem esse hominū uitā qualis sit oratio: tamē poetis ludere uersiculis amatoriis & lasciuire ꝑmittiť. Nā ut inqt Catullus.

Castū esse decet pium: poetam
Ipsum: uersiculos nihil necesse est.
Qui tum deniq; habent salem: & leporem
Si sunt molliculi: ac parum pudici: Quod autem amatoria scripta nullū prebeant specimen morū nullūq; sint uitæ turpis iditium testatur Adrianus impator: q Voconii poetæ tumulū uersibus exornans ita scripsit. Lasciuus uersu mente pudicus eras: & ab Ouidio decenter & uere dictū est:
Crede mihi mores distant a carmine nostro:
Vita uerecunda ē: musa iocosa mihi. Ouidio subscribit festiuissimus poeta epigrāmaticus de se ipso scribens. Lasciua est nobis

pagina. Vita proba eſt. Quid aũt poetarũ exẽpla cõmemoro? cũ
ſeueriſſimi ſanctiſſimiꝗ philoſophorũ ludicros amatorioſꝗ uer-
ſiculos conſcripſerint: qui tanto ſanctiores exiſtimantur quãto ap-
tiores: tanto pudicitius compoſiti: quanto ſimplicius promulgati.
Deniꝗ audite uel unicum dei philoſophorum Platonis exẽplũ:
qui uerſiculis huiuſmodi amores ſuos non erubuit profiteri lati-
ne ita poſſumus interpretari Suauia dans Agatoni.
Animam ipſe in labra tenebam. Egra etenim properans tanquam
abitura fuit. Ex his ne queſo uerſiculis parum pudicis platonem
impudicum exiſtimabimus: platoniſꝗ mores infamabimus? qui tã
tum abfuit ab impudicicia: quantum uerſiculi a pudicicia. Cuius ui
ta tanto probatior fuit quanto muſa laſciuior. Ne longum faciam
ſi ſcripta omnia: quibus amores reſꝗ amatoriæ continentur ſunt
cum ſuis ſcriptoribus repudianda: Repudientur canonicæ ſcriptu
ræ hoc eſt inſtrumenti ueteris luculenta illa uolumina: quibus ni-
hil ſacratius: nihil religioſius: nihil miſtycum magis exiſtimatur. li-
ber Geneſeos abiiciatur: quoniam in eo amores Iacob & Racha
elis: Concubitus ſichen cũ dina uiolentus: ſtuprum Iudæ cum nu-
ru Thamar referuntur. nemo librum numerorum ſummat in ma-
nibus. quoniam iſraelitici populi fornicationes cum filiabus moa
bitarum in eo perſcribuntur. Caue legas Iudicum uolumen. Con
tinet enim Sanſonis robuſtiſſimi molliſſimos cum puella Dalida
complexus. librum Heſter ne tangito. docebit enim te quemad-
modum Aſſuerus rex amorem amore ſicuti clauum clauo trudere
conatur: & ad impatientiam amoris leniẽdam per ſingulas pene
noctes nouas puellas deuirginat efficiẽs ex uirginibus mulieres.
libros regum tanquam nephandos explodito: quibus Dauidis &
Berſabes adulteria: eiuſdem ſeneſcẽtis cũ adoleſcentula ſunamite
cõplexus: Ammoni cũ ſorore Thamar inceſtus infandus: Solomo
nis cũ Reginis cõcubiniſꝗ inumerabilibus fatuæ amatiões cõme-
morant̃. Et ut ſemel finiã. ipſũ cãticũ cãticorũ tanq̃ ſirenos cãtus

obturata aure trãſito: Cũ meros amores meramq; ĩpudiciciam ni ſi miſtyce ĩtelligamus reſonare uideať. Ideoq; apud hebreos obſeruabatur: ne quis adoleſcentulus libellũ illũ teneret in manibus ne quis puer illius lectióe oblectaretur. Igitur cũ ſacris uoluminibus amatorias res cõtineri: eaq; non magis a prophanis q̃ religioſis hominibus quotidie legi: quotidie in templis non clã ſed palam decãtari uideamus: Tandem fateamur licere poemata laſciuiẽtia ſcribi: & ſcripta lectitari citra omnẽ criminationẽ. Et nos nemine ut ſperamus ĩprobante enarrabimus Amaſii poetæ Propertii amatorium uenuſtumq; poema. Qu o nihil in hoc. genere exiſtimo fieri poſſe perfectius: de cuius eruditione excellenti elegantiſſimoq; ſplendore in preſentia tacebimus: cum iã receptui canẽdũ ſit: & quia multa ſcitu digna a nobis perſcripta ſunt in noſtris cõmẽtariis: quorum lectio ſtudioſis erit ut conſidimus frugifera: & a nemine non bono ingenuoq; lectore probabuntur Cum Propertio pariter progredietur dimidiatus Suetonius: ut luculentiſſimo ſcriptori extremã manũ ĩponamus. ad cuius lectionẽ ne illotis (ut aiunt) pedibus accedamus more noſtro. Iſagogica quædam hoc eſt ĩtroductoria premittemus Quæ uſui uobis ſit audiuiſſe & uoluptati meminiſſe. Vos ut facitis libenter audite: atq; animũ aduertite. Dixi.

Philippi Beroaldi oratio habita in enarratione Titi Liuii ac Silii. italici continẽs hiſtoriæ laudationem.

OFficium eſt boni profeſſoris uiri preſtantiſſimi id uelle profiteri quod auditoribus utilitatem cum uoluptate maxima allaturum ſit: quod ſcolaſticorum auribus ſatiſfacturum: quod temporibus ſit futurum accommodatum. hoc ego ſemper omni ſtudio ac diligẽtia ſupioribus annis efficere cõtendi: & in preſentiarũ effecturũ me eẽ cõſido: cum duos celeberrimi nois ſcriptores ex oibus delegerim: quos in hoc auguſtiſſimo gymnaſio ꝑfiterer: quorũ lectio & ꝓdeſſe & delectare pluri

mum possit atq; his tēporibus sit futura maxime conueniens. Nā cum omniū disciplinarum cognitioī utilis ac iucunda mortalibus sit: historiæ cognitionem medius fidus utilissimam iucundissimāq; eē censeo: ex quo cum multū omnibus scriptoribus debeamus: q̄ non solum sibi sed etiam posteris uixisse creduntur: plurimum pfecto historicis debere nos non possumus inficiari: quorum labore ac industria effectum est ut omnium ætatum: omnium gentium omnium populorum res gestæ: omnia preclara facinora scirentur a nobis: intelligerentur: cognoscerentur: ut cuncta cunctorū illustrissimorum uirorum dicta, factaue memoratu digna cōtueri edis scere recordari liceret: qua quidem re nihil pulchrius: nihil iucundius: nihil magnificentius excogitari posse cōtenderim. Etenim ut a Cicerone scriptum ē diuinitus nihil earum rerū scire quæ anteq̄ nascereris factæ sint hoc est semper esse puerum. Cognoscere uero res gestas memoriæ ueteris: ordinem tenere antiquitatis: exemplorumq; omnium habere notitiam decorum laudabile ac prope diuinum est. Senibus ideo maior auctoritas est: quoniam ob longam ætatem plurimas res nosse ac uidisse creduntur. at hoc iuuenibus cognitio hystoriarum prestat: ut etiam preteritis seculis uixisse uideantur: & illi me hercle adolescentes qui hystorias habeant ad manū & exempla illustrium uirorum in prōptu tanto senibus sunt anteponendi: quanto plura negocia complectitur hystoria multorum seculorum: q̄ faciat hominis uita longissima. huc ade quod qui bonus orator esse concupiscit in primis abundare debet exēplorū copia & nosse quāplurima. Nā cum sit hystoria testis temporum: lux ueritatis: magistra uitæ: nuncia uerustatis: nihil ambigitur quin orator optimus esse non possit nisi fuerit antiq̄tatis exemplorumq; cognitione instructissimus: nisi hystorias perinde ac ungues suos habuerit exploratissimas: quoniam (ut inquit) Quintilianus hystoria alere potest orationem molli quodā ac iucundo succo. Est preterea operepreciū in uoluminibus hy

storicorum omnis exempli documēta uelut in illustri monumen
to posita intueri: unde quæ imitanda sint depromere ac nobis
proponere ad imitandum aut fugienda fugere possimus: pulchrū
est ut inquit uerissime Diodorus ex aliorum erratis in melius in-
stituere uitam nostram & quid appetendum fugiendumue sit ex
aliorum exemplis posse cognoscere. Vnde haud immerito De-
metrius phalereus Ptolomeum regem subinde admonebat ut li-
bros lectitaret: quoniam quæ amici non audent principibus de-
monstrare ea omnia in libris scripta reperiuntur. hoc est in cogni
tione rerum salubre atq; frugiferum scire quibus artibus: qua di-
sciplina: quibus moribus maxima imperia orta sint: Maximi impe-
ratores nomen sibi immortale pepererint. Et econtrario qua ui-
tiorum labe infecta amplissima regna corruerint: & ex summo in
imum precipitauerint. ad summam historia ad id quod honestū
est capessendum inflāmat. Detestatur uicia: probos extollens: im-
probos deprimēs. historiæ (ut inquit) uerissime Victruuius per se
tenent lectores cum habeant nouarum rerum uarias expectatiōes.
Vtinam nobis deus eā ingenii memoriæq; diuinam uim condonas-
set: qua. Porcius latro declamator egregius fuerat decoratus: qui
cum omnes historias unus omnium notissimas haberet: iubebat
aliquem ducem nominari: & e uestigio eius omnia acta cursim di
ligenterq; commemorabat. Cæterum cum omnes historici sint le-
gendi: adeundi: ediscendi: scriptores potissimum latini rerumq; ita
licarum: ac maxime romanarum enarrationes sicuti mihi uidetur
sunt adorandi: colendi: lectitandi: nec unquā e manibus dimitten-
di: idq; duabus potissimum de causis faciendum uidetur: quoniā
& rerum nostratium cognitio magis ad nos q̄ externarum pertine
re existimatur: & quod historici latini sanctiores uerioresq; græ-
cis scriptoribus fuisse creduntur. pugnant enim inter se omnes fe-
re græcorum scriptores & alter alterius mendacia refellere cona-
tur. Ita Ephorus Hellanicum: Timeus ephorum. philinum polibi

us Herodotum q̃plurimi tanq̃ fabulatorem reprehẽdunt: hinc a Satirico poeta dictum esse credimus Quicquid gretia mẽdax au det in historia. Discrepantiæ autem illorũ causa hec potissimũ fu isse traditur: quod nullam unquam curã greciæ populi adhibue runt ut preclara fanciora scriberentur ac publicarentur: ideoq; ma gna in scriptoribus mentiendi licentia fuit: qui cum partim res ge stas ignorarent ptim affectionibus ducerentur non historiã con scripserũt sed mera mendacia. Contra: apud romanos ut omnia p ut gesta fuerunt incorrupta integra atq; fideliter conscripta habe rentnr. Pontifices maximi res omnes singnlorum annorũ litteris mandabant efferebantq; in albũ: tabula domi proposita: ut esset populo potestas cũcta cognoscendi: & hi ãnales maximi nomina bantur. Hanc autem similitudinem scribẽdi secuti sunt Piso: Fa bius pictor: & ille. Cato portius: omnium bonarnm artium ma gister a Plinio nũcupatus: qui sine ullis ornamentis: sine pigmen torũ coloribus sine fucato nitore monumẽta rerũ gestarũ relique runt nuda recta atq; simplicia: primã illã i primis obseruãtes histo riæ legẽ: quæ p̃cipit ne qd falsi dicat. &.n. dẽpta ex historia ueri tate: ita narratio oĩs: iutilis ac penitus manca efficit. Sicut corpus animãtis iutile fit oculis effossis ut luculente scriptũ ẽ a Polibio Deinde cum ingenia erudito iam seculo indies magis excoleren tur & facũdia uberior politiorq; proflueret: eloquentissimi apud Romanos ad scribendum historiam sese applicuerunt: qui non ut superiores tamtummodo narratores fuere: Sed etiã exornato res atq; illustratores maximi extiterunt: qui utpote diuino inge nio prestantes uiri historiam affectionibus omnibus casuum ua rietate mirabili egressiõibus iucũdis resperserunt: & qbusdã flos culis quasi pratum distinctam uariegatãq; decorarũt: qui cum om nes sint excellẽtissimi: Cum omnium lectio iucundissima ac utilis sima futura sit: cũ omnes haud dubie suspiciendos ac lectitãdos esse censeam: Titus Liuius in primis enarratione dignissimus mi-

hi uisus est & iucunditatis utilitatisq; inter alios refertissimus: cuius lectio omnium scolasticorum auribus animisq; isatisfactura sit. Est enim dulcis: candidus & effusus: & eo nullus historicorũ melius cõmẽdauit mitiores affectus: apud quem omnia cum rebus tũ personis sunt accõmodatissima: qui in narrando miræ est iucunditatis: clarissimiq; candoris: qui (ut uerissime dixit Quintilianus) in contionibus supra quã narrari potest est eloquentissimus: Cuius lactea ubertas lectorẽ detinet: auocat: pascit: omnibusq; affectionibus ualidissime cõmonet: & quo uult maxime impellit: cuius diuinæ facundiæ nihil addi potest: cuius orationi si quid demas: ex elegantia detraxeris: quẽadmodum de Platonis oratione Phanorinas dicere solebat. Idem grandiloquus est & sententiarum grauitate & maiestate uerborum. idem copiosissimus: nec tamen logus: Nam ut inquit egregie Martialis. Non sunt longa quibus nihil est quod demere possis. nõ igitur imerito Diuus Hieronymus testatur quosdam ex ultimis hispaniæ galliarumq; finibus uiros illustres romam uenisse: uel ob hoc solum ut Titum Liuium lacteo eloquentiæ fonte manantem contuerentur: qui ut Plinius in epistolis inquit posteaquã hominem uidere statim in patriam repedarunt. O te fœlicem: o te beatum Tite liui cuius unius uidendi causa uiri nobiles tot milia passuum confecerunt ex penitissimis regionibus proficiscentes: tot montes incultos: tot inuia loca superarunt: illa profecto illa diuina uirtus est existimanda: quæ in uno homine tantum polluit: tantum effulsit: ut ad eum uisendũ tanquã ingens celebrandũq; miraculum Galli Hispaniq; sollicitarentur. merito Quintilianus liuium inter cæteros scriptores legendum esse precipit in scholis: quoniam scilicet candidissimus est & maximus auctor hystoriæ Merito & nos liuium ex omnibus unũ delegisse uidemur quem publice hoc anno profiteremur: Cuius libri omnes cum lectitandi sint: & in manibus quotidie habendi: Nõ ne hæc decas liuiana quam diis bene auspicantibus ordimur

enarrare reliquis decadibus est anteponenda? nõ ne hæc in pri-
mis uolumina a liuio diuinitus scripta fuisse censendũ est? Et hæc
profecto decas hoc enim nomine liuiani libri a numero denario
nuncupantur quanto bella quæ cõtinet cæteris bellis: maiora fue
runt tanto reliquas decades antecellit. Laudat Origenem adaman
tium Hieronymus: quod cum in cæteris uoluminibus omnes su-
perauerit in cantico canticorum ipse se uicerit. Laudatur a Cicero
ne Crassus orator quem cum in agendis causis cõsensu omnium
cunctos semper exuperauerit in extrema actione a semetipso supe
ratum esse testatur. Praxiteles inter statuarios a Plinio celebratur
perinde ac marmoris gloria superauerit etiam semet: hoc idem &
nos hodierno die de Liuio merito dicere possumus: qui cũ in cæ
teris decadibus cæteros antecelluerit in hac semetipsum uicit: &
me hercules ut dicam uiri clarissimi quod sentio eodem animo
Liuius bella scriptitauit quo romani gesserunt: eodem ingenii ful
mine stilum exercuit quo Ro. populus arma tractauit: eadem uigi
lantia incubuit chartis: qua Ro. milites disciplinæ militari incubue
runt: & mediusfidius uidetur populus Ro. uel ob hoc unũ tã me-
moranda facinora gerere uoluisse ut illa a tam luculento scripto-
re describerentur: qui res haud dubie luculentas uerbis luculentis
æquauit quem quotienscunq; in manus summo: non legere uideo-
or bella sed tractare: & (ut inquit Hieronymus) de Paulo non au-
dire uerba sed tonitrua. in liuianis uoluminibus uidere uideor im
peratores contionabundos: militesq; suos exhortantes ad prelia
alacri animo capessenda: Senatum de rebus dubiis consultãte: ho-
stes hic formidosos trepidare: Romanos illinc furibundos in-
uadere: Deniq; apud Liuium omnis rei militaris disciplina cõtine
tur omnia strategemata: oẽs calliditates imperatoriæ demõstrant:
Leges senatus populiq; decreta: oẽs deniq; artes quibus domi fo
risq; uiuitur conspiciuntur. Sed prohdolor quãtam iacturam pas
si sunt omnes litterarũ studiosi ex centũ decẽ uoluminibus liuia-

nis deperditis: qui omnia quæ unquam Romani per septingẽtos annos gesserunt preclara facinora ueluti in unum redacta corpus noscere potuissent. Quanto dispendio affectus est. Ro po. Cuius tot ac tantarum rerum gestarum memoria cum libris Liuii pariter interiti: Quãtum ueræ famæ detrimentum illustrissimi impera tores subierunt: quorum nomina fuissent sempiterna & gesta me morarentur: Si liuiana uolumina non intercidissent: quod si defunctis ullus est sensus profecto liuianos manes ingemiscere cre dendum est tot labores in cassum sibi fuisse susceptos: tot ne qcquam uigilatas noctes: tot frustra conscripta uolumina: quæ si ex tarent omnia nihil preterea nobis foret desiderandũ. haberemus in quo ocium: in quo tempus bene collocare possemus: & tamen nobis utpote somniculosis uix ætas suppeteret ad legendũ quæ illi diuina quadã benignitate predito suppeditauit ad scribendũ: qui etiam Dialogos (ut inquit Seneca) philosophorũ more cõscri psit: Sed quærelæ ab exordio nostro enarrationis procul absint: nihil nec nobis nec ipso liuio profuturæ. Cæterum cum sapientis sit seruire temporibus: Nos quoq; tẽporibus his seruiamus: quibus cum arma uigeant: bella horrida perstrepent: Cum oĩs italia bellicis tumultibus seuiat: classica personẽt: cum mauros telum suum quatiat: Bellona dominetur: idoneum esse uidetur ut scriptores eos potissimum legamus: qui bella describunt. hæc ergo sit nostra militia. alii bella gerent nos legemus. alii sub Dio in cãpis pa tẽtibus intuti pugnabunt: nos pugnas cõfectas in umbra in scholis tuti recensebimus. hinc aures nostras Liuius personabit. inde Sylius. Ambo eadem bella facundissime narrantes ille soluta oratione: hinc uersu heroico: qui non minus historicus q̃ poeta iudi candus est: Qui stilo cothurnato & charactere grandiloquu to nare ac fulminare uidetur: qui bella non scribere sed bellare: Cui optime conuenit illud oratianum: Audire magnos iã uideor dulces non indecoro puluere sordidos: Ardens est concitatus erre-

ctus:idem Candidus Copiosus atq; sublimis: multum habet ner uorum:plurimum lacertorum:totus bellicis rebus accōmodatus: qui non minus eruditionis afferre possit:ꝙ iucunditatis:mira ē in Sylio rerum reconditarum copia uaria ac multiplex locorū & maxime italicarum urbium descriptio:multa historiarum cognitio. Et cum Virgilium illa fœlicitas ingenii soluta oratione reliquerit Cum Ciceronem facundia illa genuina in carminibus destituerit Silio contigit id quod paucissimis dii dederunt : ut idem esset maximus poeta:& summus orator:qui utrūq; & Maronis & Ciceronis opus felicissime impleuerit :quod epigrammaticus poeta elegantissime demonstrat his uersibus cum de Silio loqueret̃.Sacra cothurnati non attigit ante Maronis:Impleuit magni quá Ciceronis opus:Idem alibi Silium musarum decus appellat:Sed qd plura:Liuii & Silii facūdia:uires:ingenium:eruditio:ceteraq; uirtutes eximiæ sese uobis quottidiana enarratione exibebunt sese offerrent.ostentabunt Clarius sole fulgentes. Ego uero omni diligentia:studio: uigilantia elaborabo:enitar atq; contendá : ita singulos nodos enodare:ita implicita explicare : ut quemadmodū uos mihi ornamento maximo futuri estis: ita ego uobis sim non minimo emolumento.hoc mihi in animo est uelle prodesse: Vobis sit uelle proficere : Dii faxnt ut utriq; utrunq; propositum implere possimus.

Philippi Beroaldi Oratio habita in enarratiōe epistolarum Ciceronis & Lucani Continens laudem poetices



Aximum deorum munus est Viri Circunspectissimi: & quo nullum maius excogitari potest eloquentia: Qua una uel maxime sepauit hominem a ceteris mutis animantibus Deus ille parens & mūdi fabricator:quæ qa sermone carét irrationabilia merito uocant̃ .Eloquētia hoīes palabundos in agris atq; dispsos cōgregauit ī populū:& ex feris atq; īmanibus

mites reddidit & mansuetos. Eloquētia multæ urbes constitutæ sunt. plurima bella restincta: Firmissime societates: Sāctissimæ amicitiæ cōparatæ. Eloquētia mortales ímortales efficiuntur: Merito itaq; flexamia & omniū regina rerū oratio a doctissimis nūcupat Cuius tanta est dignitas: tanta potentia: tanta maiestas: ut Duce eloquentia diis similimi esse uideamur. Et homines eloquentes: qui oratores nominantur. tantum reliquis hominibus prestare creduntur quātū homines bestiis antecellunt: Nihil medius fidius eloquentia diuinius repiri potest: nihil consumato oratore prestātius Ceterum cum eloquentiæ partes omnes sacræ sint ac uenerabiles: Ceterisq; aliarū artiū studiis anteponendæ. Poetica in primis sacratissima est: quā antiqui primariā quandam philosophiā esse tradideruut: Quæ ab ineunte nos etate uiuendi formulā doceret: quæ mores: quæ affectiones ostenderet: Quæ res gerendas cum iucunditate preciperet: Vnde non minus uere quam luculenter dixit Oratius. Os pueri tenerum balbūq; poeta figurat. mox etiā pectus preceptis format amicis. Instruit exemplis inopem solatur & egrū. Quamobrem Ciuitates grecorum eruditissimæ liberos in poetica in primis erudiedant: Solum poetam sapientem esse dictitātes. Et ut diuus Augustinus scriptū reliquit poetæ theologi nuncupati fuerunt Cum de diis immortalibus diuinitus multa conscriberent. Quales Orpheus museus linus fuisse traduntur Enimuero Artis poeticæ studia ut cicero facūdissime scribit adolescentiam agunt: Senectutem oblectant: Secundas res ornant aduersis pfugium ac solatium prebent: Delectant domi: non impediunt foris: pernoctant nobiscum: pegrinantur: Rusticantur. huc adde q poeticus decor exercetur ab oratore ut testis ē cornelius: q oratori lectionē poetarū plurimū conferre Theophrastus affirmat: apud quos in rebus spiritus: in uerbis sublimitas: í affectibus motus omnis & in personis decor exprimitur: ideoq; in hac lectiōe. M. Tulius putat esse gescēdū existimatq; omnē loquendi

elegantiam expoliari auderiq; poetis lectitãdis. Est enim finiti-
mus oratori poeta sũtq; inter se cognatiõe quadã copulari. Cete
rũ cum ceterarũ rerum studia preceptis cõstẽt atq; doctrina Poe
te soli ipsa natura ualent & mentis uiribus excitantur: & quasi di
uino quodã spiritu inflamantur. Vnde plato diuinitus scripsit li-
bro tertio de legibus poetarum genus eẽ diuinum: & idem tradit
in phedro Vates furore diuino concitatos multa commoda gre
cis hominibus attulisse. ab eodem pquam eleganter dictum ẽ in
libello de furore poetico poetas diuino instinctu concitatos eun
dẽ furorẽ interpretibus quos rapsodos appellat infundere imita
riq; magnetis lapidis naturam: qui non solum ferreos anulos tra
hit sed eandem trahendi uim ipsis anulis latenter insinuat Orige
nes quoq; ille magister ecclesiæ in libris: quibus titulus ẽ Periar
chon uirtutem quandam esse docet Spiritalem quæ poeticam in
spiret: cuius inspiratione poetæ repleantur. Platoni Origeniq;
astipulatur Ouidius sic scribens. est deus in nobis: agitante calesci
mus illo: & alibi. Est deus in nobis: sunt & cõmertia celi: Sedibus
æthereis spiritus ille uenit: Quapp haud ĩmerito poetas antiq̃ sa
cros nominarunt: Vnde ab eodẽ scriptũ ẽ: At sacri Vates & diuũ
cura uocamur. & Calphurnius ĩ bucolicis ĩqt. ille fuit uates sacer:
& Lucanus noster scriptũ relquit: O sacer & magnus uatũ labor:
Ennius uero sanctos poetas appellat ꝙ quasi deorũ aliquo do
no & munere p̃diti esse uideantur. Hinc est ꝙ poete antiquitus in
maxĩa ueneratione maximoq; p̃cio habebãtur ꝙ a principibus fo
uebantur: ꝙ a regibus ditabantur: ꝙ ab hominibus certatĩm ama
bantur: Vnde non minus uere q̃ diserte cecinit naso. Cura ducum
fuerant olim regumq; poete: Premiaq; antiqui magna tulere cho
ri: Sanctaq; maiestas: & erat uenerabile nomen: Vatibus & large
sepe dabãtur opes Charus fuit scipioni africano Ennius: Charus
Archias mario atq; lucullis. cherillum poetã quãuis ignobilem in
delitiis habuit alexander. Virgilium fouit augustus: cuius uersicu-

los cum in theatro.po.ro.audiſſet.ſurrexit uniuerſus: & preſenté ſpectantemq; Virgilium tā q̄ auguſtum ueneratus eſt. Oratium mecenas adamauit: Tibulum meſalla dilexit. Papinium Domitianus auro palladio coronauit. Auſonium gratianus cōſulatu decorauit. Neq; ſolum uiuentes poete qui honorificentius Vates dici exiſtimantur: ſed etiam defuncti uenerabiles extiterunt: Siquidem alexander magnus: Cum inter ſpolia Darii perſarum regis Scriniolum cepiſſet auro gemmiſq; ac margaritis preciosum: in eo libros homericos repoſuit: ut precioſiſſimum humani ingenii opus ope ditiſſimo ſeruaretur. Idem homerum adeo diligebat: ut eius illiada: quod diuinum poema edidicerat: quod uiaticum rei militaris appellabat noctu ſub puluino una cum pugione ſubiiceret: & ita cum homero poetarum principe uigilabat: Cum homero dormiebat: idem Pindari inter liricos poetas preſtantiſſimi familiæ ac penatibus parci iuſſit: Cum thebas euerteret. Alter uero Alexāder q Romano præfuit imperio uirgiliū adeo admirabatur ut eum Platonem poetarum uocitaret: eiuſq; imaginem in Larario cōſecraret: Quinetiam Elius uerus Romanus impator Martialem epigtammaticum poetam ſuum Virgilium nuncupabat. Huc adde quod etiam Dii amatores ultoreſq; extitere poetarum. Siqdem apollinis oraculum ut inquit Euſebius Pamphilus: Euripidem laudibus in celum tulit. & archiam tanq̄ ſceleſtum ac profanum iuſſit exire de templo: ꝙ archilocum poetam interemiſſet. Sophoclem quoq; tragici coturni princpem liber pater tanquā delitias ſuas ſepeliri iuſſit. Preterea poete quadam ſuaui eloquentia adeo ſūt dulces: ut non legantur modo: ſed etiā ediſcātur quorū auctoritas tanta eſt: ut illorum dicta pro certiſſimis teſtimoniis habeant: Nā & Plato & Ariſtoteles principes philoſophorū homeri aliorūq; poetarū carminibus ſua dicta pſepe coroborant. Quinetiam iuriſcōſulti illi ſanctiſſimi in libris digeſtorum frequenter allegant poeticos uerſus: & maxime ſcribentes de

contrahenda emptione & uenditione:& in titulo de gradibus:& de uerborum significatione:& ad legem aquiliam:& de rerũ diuisione:sexcẽtisq; in locis citant testimonia poetarum. In decretis quoq; Virgilianum carmẽ ex georgicis & oratii uersus ex epistolis afferuntur. Quid nõ ne ecclesiastici scriptores:& in primis Augustinus:Hieronymus atq; Lactantius: Tria christiani dogmatis lumina clarissima scatent auctoritatibus poetarum? Quid maius loquor? Nõ ne apostolus Paulus uas electionis tuba euangelii & sanctarũ scripturarũ armarium poetas studiose lectitasse uidetur? quid ad Titũ scribens uersiculum usurpat Epimenidis poetæ. Cretes semper mẽdaces male bestie uentres pigri:in alia quoq; epistola Menandri carmen allegat:Corrumpunt bonos mores cõfabulationes pessimæ:& apud Athenienses in areopago hoc est martis curia disputans Aratum poetam testem citat. Preterea ut in decretis scriptum est:dominus precepit israeliticis:ut ægyptios argẽto spoliarent Tropologice intelligens ut argentum idest eloquẽtiam apud poetas inuentam colligerent atq; possiderent : Dauid quoq; ille psalmographus psalterium numeris poeticis concinnauit:quod(ut inquit)Hieronymus in morem Oratii flacci:& pindari:nunc iambo currit:nunc alcaico personat: nunc saphico tumet:nunc semipede ingreditur:Deniq; esaiæ & Iob:& solomonis luculenta uolumina :exametris & pentametris uersibus:ut Iosephus:& Origenes scribunt apud hebreos composita decurrũt. Quinetiam ut Cassiodorus testatur:omnis poetica eloquutio a diuinis scripturis sumpsit exordium : adeo musica uenustas leposq; poeticus existimatus est omni esse suauitate refertissimus: adeo carmina moduliq; numerosi placuerunt:ut deos existimarẽt esse, placabiliores : Si eos uersibus adorarent : & carminibus precarentur:Vnde ab Oratio dictum est luculenter: Carmine dii superi placantur carmine manes:& non minus uere q̃ facunde cecinit Lucretius. Calliope requies hominum diuumq; uoluptas. Sit

igitur apud uos uiri prestantissimi sanctum ac uenerabile nomen poetarum: qui principibus chari sunt: qui fouentur a bonis: quorum carmina ediscuntur a litteratis: Quorum uersus tersissimi aures deorũ mulcent: eosq; exorabiles mortalibus faciunt: qui quibusdam figmentis adumbrati multa saluberrima precipiunt: sententias e penetissima philosophia depromptas dissimulanter interserũt: mentes nostras optimis preceptis frequenter instituunt: & ut autor est Manilius. Omne genus rerum docti cecinere poetæ. Idem linguam ornant: facundiam augent: & supellectilem uerborum faciunt copiosissimam: Deniq; solis pene poetis datũ est: ut ad laudandum & uituperandum pariter sint accommodati: & quẽadmodum immortali laude donãtur illi: quos carminibus extollunt: ita sempiterna illi pulsantur infamia: quos maledicis uersibus insectãtur. merito nos monet Socrates Platonicus ut diligenter caueamus: ne poeticum hominem quempiam nobis infensum habeamus. Et principes quos carminibus celebrant ĩmortales efficiunt: quod eleganter expressit Oratius illo uersiculo: Dignum laude uirum: musa uetat mori: Celo musa beat. Si aliquando lasciuire & obscena scribere: & ludicra atq; amatoria decantare & impudica promere uidentur: Non propterea sunt poetæ repudiãdi: Cum neq; scriptorũ mores ex uersibus iudicandi: neq; lepidiora carmina pro argumento ĩpudiciciæ sint habẽda: licet lasciuire carminibus citra impudicitiam: licet iocari uersiculis citra obscenitatẽ morum: licet lingua & calamo ludere: pudenda: animo & corpore exercere probanda: nemo poetas explodendos esse censeat: propter uersus molliculos: & amatorios: ĩmo quilibet existimet poetas esse amãdos: fouendos: lectitandos: propter singularem eruditionem: rerũq; doctrinam copiosissimam: quæ cum in omnibus magna cõspiciatur in Lucano maxima redundat: Namq; in geographia hoc est locorum descriptione est eminentissimus: in astrologia eruditissimus: in historiarum enaratione facundissimus

in orationibus eloquentissimus: in stilo heroico sublatissimus: in rebus describendis compositissimus: idem ardens est & concitatus: & sententiis clarissimus: & (ut inquit) Quitilianus oratoribus magis q̄ poetis imitandus: Qui quoniam magis scribit historiam q̄ figmenta componat: a nonnullis & maxime a seruio ex familia poetarum exterminatur: ex quo & ipse apud Martialem illudens ait: Sunt quidam qui me dicunt non esse poetam: Sed qui me uendit bibliopola putat. Atq; diuus Hieronimus nó solum poetam eum appellat: sed etiam ardenté eé dicit & papinius í siluis omnibus poetis lucanum non ueretur anteponere unico excepto Virgilio: in cuius comparationem ita scribit: Quid maius loquor ipsa te latinis Eneis uenerabitur canentem: & alibi metaphoricós in qt Bethym Mantua prouocare noli. hoc idem sensit Martialis in qens: Phoebe ueni sed quantus eras cum bella canenti: Ipse dares latiæ plectra secunda lyræ: Enarrabimus itaq; dies bene auspicáti bus poema lucani poetæ Cordubensis: Tersum: eruditum: luculentum: Cuius lectio multum proderit nec minus delectabit: quod si ciceroni olim legere contigisset. nunq̄ profecto scripsisset: Cordubéses poetas pingue quiddam somniare: atq; peregrinum: ego in primis elaborabo enodare nodos quáplurimos: quos uel pau cissimi explicare potuerũt. Lectioni lucani cóiuncta erit lectio epistolarũ Ciceronis: & ita cũ poeta illustrissimo copulabitur orator inclitissimus: de quo melius est tacere sicut de carthagine scribit hystoricus quam pauca dicere: de quo cum proximis annis multa dixerimus in presentiarum hoc solum dixisse contenti erimus: Quod character ciceronis epistolicus ad eloquutioné í adolescétioribus scolasticis formandam ad facilitaté extemporalem comparandam: est maxime conducibilis: cum leniter fluat: & ipsa epistolarum dialectos habeat quandam quasi genuinam iucunditaté in quibus uincula quidem sunt sed laxiora neq; tá numerosa q̄ in oratióibus: & cum epistolæ quotidianis uerbis texende sint: Cũ

nihil accersitũ habere debeant. ut inquit Seneca:nihil affectatum Ciceroniana in epistolis eloquutio facilis est & illaborata:& ex quodã ueluti promptuario copiosissimo deprompta:quæ cũ imitãda sit & maxime imitabilis Nemo non sperat se epistolarẽ Ciceronis eloquentiam effingere atq; emulari posse: uerum ut inqt Oratius:Sudet multum frustraq; laboret ausus idem: Ceterum cum liuius in epistola ad filium scripta legendum in primis esse Ciceronem prescribat:Opinor me facturum opere pretiũ si ciceronis epistolas publico auditorio hoc anno profitebor. ex quarũ enarratiõe non parum studiosi eloquẽtiæ iuuabuntur.ipse eqdem quod ad me attinet omni studio uigilãtiaq; contẽdã:ut omnibus satisfaciam:ut neminem ad nostras lectiones audiendas uenisse peniteat: preterea quædã scitu digna annotabimus:quæ ad epistolas componendas pertinere uidebuntur:ut scholastici non solũ ex uiua(ut aiũt)uoce:sed etiam ex scriptis litterulas nostras quãtulæcũq; sunt cognoscere possint:Sed iã tempus ẽ ad ea nos transire:quæ enarratiõi ipsi sint accommodata:Quæ dum breuiter expono:quæso(ut fecistis)adhuc diligenter attẽdite:mihi onerosum non est dicere:uobis molestum non sit audite. Dixi

Philippi Beroaldi oratio habita in enarratiõe rhethoricorum continens laudationem eloquentiæ atq; Ciceronis.

SEpenumero admirari soleo Viri circunspectissimi: q; cum ex animo cõstemus: & corpore:animum:qui diuinus est paucissimi colant: corpus quod fluxum est & caducum q̃plurimi homines me hercle præposteri atq; peruersi q id qđ deterius ẽ pluris faciũt:eo qđ p̃ciosius ẽ q bõa corpis bonis aĩ anteponere nõ uerẽtur:q in uoluptatibus belluinis sũmum bonum collocandũ esse cẽsent.At q quãto rectius:quanto laudabilius est ita instituere uitam nostram:ut corpus animo ancillet

ut bona animi prima & in primis capessenda esset existimemus: ut corpus causa animi: non animum causa corporis ab omnipotentissimo ac ultramundano deo fabricatum esse credamus: ut deniq; hominem interiorem: hoc est animum: qui uerus homo est colamus ac honoremus: hoc in primis iubet Plato ille philosophorũ deus: hoc Platonicus Apuleius factitandum esse demonstrat: hoc efficere debet quisquis de seipso bene sentit. Cultura uero animi est: peioribus repudiatis: meliora sectari: & id quod optimum est potissimum capessere. Cultura animi est ingenuas disciplinas amplexari: cultura animi est ipsa eloquentia: quæ una est de summis uirtutibus: quæ sacra ac uenerabilis: quæ rerum publicarum gubernatrix preclara esse fertur: Quã. M. Tullius primam artem appellat: Quam Cor. Tacitus autumat cæteris aliarum artium studiis esse anteponẽdam: in qua presidium simul & telum est: Quo propugnare pariter & incessere possimus: quæ flexanima: quæ omniũ regina rerum a luculentis scriptoribus nuncupatur: qua qui preditus est inter homines (ut ita dicam) deus putatur: qua deniq; efficitur: ut reliquis hominibus tanto prestemus: quanto homines bestiis antecellunt. Eloquentiam ergo uiri prestãtissimi totis uiribus capessere: eloquentiæ dies ac noctes impendere: eloquentiæ iugiter inuigilare debemus: hoc sit ocium nostrum: hoc negocium: in hoc labor: in hoc quies reponatur: & ut orationes uersus usurpẽ:
Hoc opus hoc studium parui properemus & ampli: Si patriæ uolumus si nobis uiuere chari. In cubiculum autem eloquẽtiæ introducet nos ille qui claues habet. M. T. Ci. Qui eloquentiæ clauiger: imo alumnus: imo ptus dici meretur. hic nobis cũctas eloquẽtiæ diuitias reserabit: cuncta peristromata explicabit: omnes ornatus ostendet: hoc duce: hoc deprecatore nobis utendam est: si insinuare nos in amicitiã cum eloquẽtia cõcupiscimus: Hic enim ille ẽ qui eloquentiã ipsam locupletauit: qui ad ornamentum patrii sermonis cõplura uocabula excogitauit: qualia sunt beatitas: beati-

tudo:syllabatim: & pro orizōte finiēdus:multaq; alia id genus: quæ primus Cicero cōmentus esse fertur:ideoq; incertum ē: utrū ipse plus eloquētiæ debeat:an ipsi eloquentia:quæ eloquētiæ archetypon est simulachrum nūcupare merito possumus:qui apud posteros id est consequutus:ut Cicero iam non hominis nomen sed eloquentiæ habeatur:de cuius laudibus:sicut inquit Salustius de carthagine:melius esset tacere:q̄ pauca dicere:& nos anno proximo non pauca cōmemorauimus.Sed quoniam ut autumat Plato:non nocet bis dicere quod bene dicitur:&(ut ait Seneca) nunquā nimis dicitur:quod nunquā satis: Repetamus in presentiarum nōnulla de cicerone:Quæ neq; uos audiuisse:neq; nos dixisse peniteat.M.Antonius orator:cui uel primas eloquentiæ partes maiores nostri tribuerunt:dicere solebat:multos se uidisse disertos:eloquentem omnino neminem:eloquētiæ uidelicet formā: quam animo cernebat:re ipsa uidere non poterat.utinam hic Antonius Ciceronem in foro romano causas actitantem: uel semel audiuisset profecto dixisset hunc esse illum quem querebat:quem nusquā uidere potuerat:eumq; non solum eloquentem:sed eloquentissimum:sed eloquentiæ ipsius imaginem esse asseruisset:& merito.Nam ut facundissime Quintilianus tradit : Cicero unus dono quodam prouidentiæ genitus uidetur:in quo totas uires suas eloquentia experiretur:qui effinxit uim Demosthenis:copiā platonis:iucunditatem isocratis:in quo omnes orandi uirtutes cō gestæ fuerunt:quæ in aliis oratoribus singulæ conspiciuntur.Laudamus in cæsare calorem:in Seneca copiam:in Quintiliano diligentiam:in Plinio nitorem:Laudauerunt prisci in gracho impetū: in Lelio lenitatem:in catone grauitatem:in caluo sanctitatem : in hortensio partitionē:at.M.T.in omnibus his quæ in singulis singula:laudantur est eminentissimus:a quo omnis dicendi copia:uelut a copiosissimo fonte procurrit:a quo sicut de Homero cecinit Manlius:omnis posteritas latices in pocula dixit:de quo id di

ci merito potest uerbis paulum imutatis: quod de epicuro dixit Lucretius: Hic genus humanum eloquio superauit & omnes Restrinxit stellas exortus ut ætherius sol. Et cũ ab aliis scriptoribus rerum: ab aliis uerborum doctrina queratur: Cicero doctrinam facundiamq; abunde suppeditat: Et cum tria sint genera dicendi: Quos græci characteras appellant: Cum sint grandiloqui qui sententiarum grauitate: & maiestate prepollent: Cum sint graciles in quibus subtilitas at uenustas est: cum sint intermedii: qui in confinio utrorũq; tẽperati florent: in his oĩbus Cice. absolutissimus cõsumatissimusq; conspicitur. Laudat Homerus in Vlixe orationem quã niuibus hibernis simillimam illo uersu eẽ ꝓnũciat: Instar erãt himbris fluitantia uerba niualis: Talis in cicerone haud dubie eẽ cognoscitur: uidelicet plena: larga: magnifica: excelsa: breuiterq; cælestis:: Pericles ab Aristophane poeta comico dictus est: fulgurare: tonare cuncta oratione perturbare: atq; miscere: hoc idem de Marco Tul. dicere possumus: cuius sententiæ fulmina: uerba tonitrua m hi uidentur: Et sicut Apostolus Paul. tuba euangelii a diuo Hieronymo nuncupatur: ita ipse tuba eloquentiæ nuncupari potest: In cuius labris illam ꝑsuadendi deã sessitauisse credimus: quæ a græcis Pitho: a latinis suada: siue suadela nominatur: quã in ore piclis apud græcos: in ore cethegi apud romanos sedisse scriptores idonei tradiderunt: Merito igitur rex oratorum & latinæ linguæ illustrator dictus ẽ: Merito arcẽ eloquẽtiæ tenere & in iudiciciis regnare existimatus: Merito ob eius os grai ora obuertebant sua. Ex cuius libris deprendere licet: ut Cornelius tacitus auctor ẽ: Nullius ingenuæ disciplinæ scientiã ei defuisse. ille non solum grãmaticæ: & poeticæ: & rhetoricæ artis crateras ebibit: sed etiã auidissime hausit craterã dialeticæ austerã: musicæ dulcẽ: geometriæ limpidam: & uniuersæ philosophiæ nectaream: quam quidẽ philosophiam: cum Romæ prius peregrinaretur: & ut utar uocabulo plautino tantũmodo atticissaret: primus fere ro. ciuitate donauit:

& latina lingua opulentã ac pollentẽ fecit:nãq; uerbis pluribus
græcanicis uerba latina accõmodauit: Quæ.n. philoſophi græce
dicũt catorthomata cicero latine rectefacta nominauit:quæ illi ca
talepſis hic cõpreſſiões:quod illi axioma hic ꝓnũciatum:quæ illi
fantaſias hic uiſa nuncupauit:& ſexcẽta alia id genus primus effin
xit.idẽ ut nihil intactũ relinqueret iuri operã dedit:& de legibus
uolumina cõcinauit.in oibus uero quæ ſcripſit tãta auctoritas ieſt
ut pro ratione dicta ipſius habeant:ut iuriſcõſulti pluribus in lo
cis teſtimonio ciceronis utantur.Nãq; in libro de uer.ſigni. diffi-
nitio littoris ex eius ſententia cõprobatur:& digeſtis de origine
iuris fit mẽtio oratiõis quæ pro ligario ſcripta eſt:& in titulo de
penis:exemplum orationis pro cluentio habito mutuantur.Igitur
cum tam uariis tãq; multiiugis diſciplinis eſſet refertiſſimus factus
eſt conſumatus orator:& ut dicam quod ſentio incõparabilis: &
quod de Varrone dixit Terrentianus uir doctiſſimus.Vndecũq;
uarro.id nos de.M.T.C.dicamus.Vir doctiſſimus undecũq; Mar
cus:qui mihi hac peculiari laudatiõe laudãdus uidet ut tribus hi-
ſce noibus cognominetur quæ illi optime quadrant.uidelicet Po
lyhiſtor.Philoſophotatos:Poligraphotatos ideſt multiſcius phi
loſopdiæ ſcientiſſimus.& rerũ plurimarũ ſcriptor luculẽtiſſimus.
hic enim ille eſt quem ob eximias excellenteſq; uirtutes omnes in
cælum laudibus certatim ferunt:de quo præconia poetarum uul-
gatiſſima celebrantur:de quo ita cecinit Catullus diſertiſſime Ro
muli nepotum:quot ſunt quotq; fuere Marce Tulli:quotq; poſt
aliis erũt in annis.De quo ita Lucanus.Romani maximus auctor
Tullius eloquii.De quo Silius.furialia bella fulmine cõpeſcet lin
guæ nec deinde relinquet par decus eloquio cuiquã ſperare nepo
tũ.de quo epigrãmaticus poeta Martialis.Illud laurigeros ageres
cũ leta triũphos Hoc tibi roma caput cum loquereris erat: Qui
ita laudatur a Manlio:Et cenſu Tullius oris emeritus cælũ.Quem
cũ græce declamãtẽ Apollonius rhetor audiuiſſet mirabũdus pau

lisper obticuit moxq; i hæc uerba prorupit. te nempe Cicero lau do & admiror sed grecorũ fortunæ me miseret: Cum uideo elo quẽtiã quæ uirtutum sola nobis grecis relicta erat per te romam transmigrare. extat luculentum epigramma dignumq; ubiq; legi quod tullius laurea ciceronis libertus in laudem patroni concina uit: cum aquas Ciceronianas oculis medentes: his uersibus cele- braret. Quo tua romãe uindex clarissime linguæ: Silua loco meli us surgere iussa uiret: Atq; academiæ celebratam nomine uillam Nunc reparat cultu sub potiore uetus: Hic etiam apparent lym- phæ non ante reperte: Languida quæ infuso lumina rore leuant: Nimirum locus ipse sui Ciceronis honori Hoc dedit: Hac fon- tes cum patefecit ope. Vt quoniam totum legitur sine fine per or bem: Sint plures oculis quæ medeantur aquæ. Quid multa? nõne & plinius ciceronem extra omnem ingenii aleam collocat. & do ctrinarum lucem appellat: qui in Vii. natu. histo. De laudibns Ci- ceronis luculentissimum scripsit elogium: Et ab omnibus Cicero nianæ uirtutis amatoribus ediscendum: Quod hoc est. Sed quo te Marce tulli piaculo taceam: Quo ue maxime excellentem insi gni predicem? te dicente legẽ agrariam: hoc est alimenta sua abdi carunt tribus. Te suadente roscio theatralis seditionis autori le- ges ignouerunt: notatasq; se sedes ignominie discrimine æquo a- nimo tulerunt: te orante proscriptorum liberos honores petere puduit. Tuũ Catilina fugit ingenium: Tu Marchum anthonium proscripsisti. Salue primus omniũ pater patrie appellate: primus in toga triumphum: Linguæq; lauream merite: Et facundie littera- rum latinarum parens: atq; ut dictator Cesar hostis quondam tu us de te scripsit: omnium triunphorum laudẽ adepte maiorẽ: quã to plus est ingenii Romani terminos intantum promouisse: q̃ im perii. Hec obiter dicta sint de uiro nunq̃ satis laudato: Cuius li- bros omnis diuinitus scriptos: Vtinam tam studiose legeremus: q̃ studiose Diuus Hieronymus lectitauit. qui ob id ipsum: Cicero-

roniānus ante dei tribunal:meruit appellari:Sicut i libello ad Eustochiū ipse meminit:Et Rufinus affirmat:Cuius rei etiam mentio fit:in decretis distin.xxxvii.Nos uero ex immensa ciceronianæ bibliothecæ silua:Rethoticos ad herēnium potissimum excerpsimus:Quos publico auditorio hoc anno profiteremur:in quibus precepta docendi oratorias artes plurima & pene omnia adamussim perscribuntur:quos libros quidam non ciceronis sed alterius oratoris & potissimum cornificii esse contendunt:super qua re nunc mihi non est disputandi locus:hoc uero exploratissimū est:hos libros rhetoricos:siue a cicerone compositi fuerint ut Priscianus existimat:siue ab alio nescio quo:ut nōnulli ex neotericis autumāt esse luculentos limatos:emunctos:& in primis conducibiles ad docendam eloquentiam:quæ in canonicis scripturis argento comparatur:quam sub nomine argenti egyptiis eripiendam esse dominus precepit:sicut in pentateuco:& maxime in exodo a Moyse relatum est:in leuitico etiam primicias mellis domino iubemur offerire quod tropologice significat dulcedinem eloquētiæ:qua nulla dulcedo mellea:dulcior esse existimatur: cui omnis suauitas comparata fatiscet:& austeritatis ac amoris plena uidebitur:hoc uerum esse omnes eloquentiæ professores affirmant:hoc nemo uestrum inficiabitur:ubi precepta rhetorice optime didiceritis:quā nōnulli in latinum transferentes:Tum oratoriam:tū oratricem nominauerunt.eritis autem haud dubie eloquentes:si eloquentissimi oratoris uolumina in manibus frequenter habebitis:Si tulliane lectionis eritis studiosissimi:ille enim ut Quintilianus ait se profecisse sciat:cui Cicero ualde placebit.Lectioni ciceronis copulata erit lectio siluarū:Quas Papinius Statius poeta neapolitanus:poetico quodam calore conscripsit:Vnde & siluæ merito nuncupantur:Nam siluam prisci,uocarunt poema stilo q̄ uelocissimo compositum.quando poeta calorem sequens ac impetū ex tēpore scribit:& ut inqt plato in musæ tripode sedēs furoris a fla

tu concitatur. Preterea silua in alia significatione apud eruditos accipitur pro ubertate ac copia rerum cateruatim congestarum: Unde ait Cicero in oratore: omnis silua dicendi ducta ab illis est & Tranquillus in libro de grãmaticis reliquit inquit non mediocrem siluam obseruationum sermonis antiqui. & diuus Hieronymus in prologo Iosue: & in prologo paralypomenon siluam hebraicorum nominum appellat multitudinem copiosissimã. in hoc uero poemate perinde ac in siluis nemoribusq; sunt cuncta congesta & agminatim coaceruata incredibilis rerum recõditarum cõmemoratio immensa multiiugæ doctrinæ descriptio historiarum ac rerum scitu dignarum luculenta narratio: in summa quamplurima leguntur in siluis Statii: Quæ prophanum uulgus ignorat in quibus grãmatistæ allucinantur: in quibus comentatores subinde lanuntur. hæc & id genus reliqua nos ea uigilantia: eo studio: ea diligentia explicare conabimur: atq; pro uirili parte enodare curabimus: ut nullus auditorum nostrorum enarrationes nostras merito possit criminari. Cæterum quoniam ciceronis rethoricos enarraturi sumus: ne illotis ut aiunt pedibus: in ipsa penetralia ingrediamur de Ciceronis uita & obitu pauca dicamus: quæ uobis uoluptati sit audiuisse: usui & ornamento meminisse: Vos ut cepistis queso diligenter attendite. Dixi:

Philippi Beroaldi oratio habita in enarratione Iuuenalis atq; Salustii.



Etustissimi græcorum uiri clarissimi maximos honores constituerunt nobilibus athlethis: qui in ludis olimpicis pythiis istmis neemeis uictoriam reportassent. Nã cũ palma & corona decorarentur in suas mox ciuitates reuertẽtes Quadrigia triũphalibus inuecti conspiciebantur: & quod uiuerent uectigalibus publicis alebantur: Quod me cogitantem subiit admiratio: cur non idem honores uel potius maiores lucul&etilde;tioraq; emolumenta constituta fuerint rerum scriptoribus: qui insin

tas uoluptates cunctis mortalibus prestát.& de toto humano ge nere optime merentur:qui tanto athlethis anteponédi sunt quan to animi corporibus antecellũt.Etenim ab athletis corpora a scri ptoribus animi exercẽtur:illi corpora saginant:isti animis pabulũ suggerũt copiosum & solam immortalitatẽ aucupãtur:Quo circa cũ multũ debeamus singulis singularũ rerũ conditoribus tũ pluri mum profecto debemus inuentoribus litterarũ:quibus nihil pre- stantius:nihil excellentius:nihil utilius ullo unquã tempore exco- gitatum est.Enimuero litteris cõstat imortalitas hominum: & me morię fulcitur eternitas.litterarés multis retro sæculis a multis na- tionibus gestas nobis ostentant.litteris cognitio omnium disci- plinarum percepta est:Comertium litterarũ tolle ex omnibus.So lẽ ex ipso mundo sustuleris.Huius tã excellẽtis tã necessarii boni quisnã fuerit repertor ambigitur.Alii a Mercurio litteras repertas arbitrant̃.alii a phenicibus inuẽtas eẽ tradũt:Cuius rei argumẽtũ ẽ ꝙ phenicia litterarũ elemẽta primi poetæ nuncuparũt.in græciã autem e phenicia litteras Cadmũ attulisse ferunt:mox e græcia in latium attulere pelasgi.Quidã autumãt litteras assyrias fuisse sem per.Ecclasiastici uero scriptores ab hebreis repertas esse conten- dunt:idq; ualidissimo argumento probare nituntur : ꝙ uidelicet apud hebreos singula litterarum elementa aliquid significent qđ neq; apud græcos:neq; apud latinos ullo modo fieri potest.Ver bi gratia prima hebreorum littera aleph nuncupatur:quod latine significat disciplinam:Secunda beth quod domus interpretatur. Gimel plenitudo:Deleth tabularũ siue librorum:& ita reliq; litte ræ hebreorũ alicuius rei significatiue esse tradũtur:quod neq; de græcis neq; de latinis fertur.Hæc sunt quæ ab eruditis memoran- tur de origine litterarum:quibus qui imbuti fuerint:tantum illit- teratis hominibus antecellunt quantum homines cæteris animan tibus prestant.Cæterum ipse mecũ interdũ querere soleo : quid ẽ ꝙ cũ tot fuerit populi:Tot gentes toto terrarũ orbe diffusæ. Tã

pauce nationes in litterarum studio efloruerint. Soliq; fere greci & italici litteras excoluerint. Namq; plures ut ego opinor in sola grecia Italiaq; scriptores extiterunt: q̄ in omnibus aliis per longa sæcula nationibus huiusce rei nimirū il a potissima causa esse creditur: æris uidelicet subtilitas atq; temperies. Non enim temere dixit Heraclitus: Aer siccior: anima prudētior & melior. hinc thebani pingues ebetesq; existimati sunt: ꝙ thebis celum esset crassissimum. Contra attici putantur acutiores: ꝙ athenis aer tenuis atq; salubris. hinc septemtrionales mentibus stupentibus esse traduntur: ꝙ propter celi crassitudinē: immodicumq; aeris humorem refrigerentur: que res haud dubie efficit animos tardiores hebetioresq;: Verum propter sanguinis humorisq; habundantiam: ferro resistunt sine timore: E contra qui proximi sunt ad axem meridianum feruentissimis estibus obnoxii exiguum habent sanguinem: ideoq; timidiores sunt pauidioresq;: & q̄uis sint animis acutissimis summaq; solertia prediti: exustas tamen habent a sole uires animorum. Nimirum hoc illud ē: quod philosophorum princeps Aristoteles scribit in politicis gentes que in frigidis regionibus incolunt animo quidem habundare: ingenii uero & artificii habere q̄ minimū. Asiaticos autem ingeniosos quidem eē sed minime animosos: at genus grecorū sicut in meditullio regionis sitū est: ita animo pollere & ingenio. Italia quoq; cū inter septemtrionalem: meridionalemq; plagam collocata sit mixtionibus diuersis efficitur temperatissima: quemadmodum Iouis stella inter Martē feruentissimum & saturnum frigidissimum media currens temperata salutarisq; fit. Quo circa Italia omnium terrarum alumna ac parens nuncupatur: Eadem cunctarum gentium in toto orbe prima esse traditur: Quæ omnes nationes sine controuersia antecellit: Viris feminis ducibus artium prestantia ingeniorum claritatibus. Ipsa uero urbs Roma (ut inquit Ammianus Marcellinus) Virtutum omnium fuit domicilium. Cum uiri diuino pene ingenio

p̃clari & etiam innumerabiles ĩ italia per uarias etates extiterint: Duobus potissimum temporibus q̃plurimi effloruerunt. Videlicet circa tempora augusti & mox circa tempora Domitiani atq; Traiani. Illa profecto secula: aurea cognominari merito possunt: Illa felicissima tempora nuncupanda: quibus Cicero: asinius polio Celius: messallæ: Caluus: Iulius Cesar. M. Varro: & mox Virgilius: Ouidius: Varro attacinus: Propertius: Tibulus: et sexcenti doctissimi floruerunt. Altera uero etate non pauciores extiterunt: Inter quos Quintilianus. Duo plinii: Tacitus: Tranquillus: Gellius: Martialisq; excelluerunt: & in primis Iuuenalis aquinas: qui quemadmodum ipse poemate satyrico elluxit in hac posteriori ætate: ita in superiori Crispus Salustius in scribenda hystoria immortalitatem sibi comparauit: Quos ambos hoc anno ideo publice p̱fiteri destinaui: quoniam ex utriusq; lectione Confido Auditores maximam utilitatem cum uoluptate esse capturos. Nam Crispus Salustius ob elegantiam inimmitabilemq; in scribendo breuitatẽ assequtus est primas, inter hystoricos partes: quod epigrammaticus poeta illo disticho expressit. Hic erit ut perhibent doctorum corda uirorum. Crispus romana primus in hxstoria.
Et. n. ita creber rerum frequentia est: ut uerborum prope nũerũ sentẽtiarum numero sequatur. ita uerbis quorum nouator dictus est concinus: ita elegans: ita pressus: ut nescias utrum res uerbis an uerba rebus illustrentur. Salustium quintilianus Thucydidi celeberrimo apud grecos non dubitauit opponere: in quo cum sit p̃cipua uirtus breuitas: ut Seneca refert: hac eum Salustius uicit: ex cuius oratione nil demi sine detrimento sententie potest. Vnde haud immerito dixit Macrobius Salustium in genere dicendi breuissimo dominari. Et magnam profecto iacturam passa ẽ latina lingua deperditis salustii libris: quibus gesta romanorum complectebatur nobis tãtummodo supersunt illius diuini uiri Catilina atq; Iugurta. Salustius ab augustino ita laudatur: ut eum appellet

nobilitate ueritatis hystoricum: Cuius orationes ut inquit Seneca leguntur in honore hystoriarum: quæ haud dubie uolumina indicant quanta in scribendo maiestate quãq; diuino fuerit decoratus ingenio. Sed quemadmodum in hystoria eximis est Salustius: ita in Satyra eminentissimus est Iuuenalis: Cuius poemate eruditissimo nobis abunde declaratur: nõ pauciora priscis tẽporibus q̃ nostris flagitia extitisse Nec flagitiosos pauciores. huius itaq; lectione affatim cognoscetur: quantis uitiis illa ætas infecta fuerit: q̃tisq; libidinibus commaculata: ita ut uituperatio talium flagitiorum: nobis maximo esse possit documento: ut quod turpe est fugiamus: quod honestum est id tota mente capiamus. Ex Satyrici poete lectiõe aperte cognoscemus id: quod nos cõquerimur Maiores nostros conquestos fuisse. Videlicet coruptos esse mores Vigere nequitiam: luxuriam libidinemq; dominari. Maximam profecto nobis exhibebit utilitatem: nec minorem uoluptatem Iuuenalis: in quo eruditio mira est. Varietas rerum iucundissima: Stilus tersus: libertas satyrica: Sententiæ scitu dignæ innumerabiles: Laudatio Virtutum: Vituperatio uitiorum. Enarrabimus ergo diis bene iuuantibus. celeberrimum Satyricum & hystoricum luculentum: & pro mediocritate huiusce meæ quantulæcunq; in profitendo facultatis elaborabo ut cunctis satisfaciam: ut recondita illustrem: Et in primis quæ a cõmentatoribus omissa sunt: uel parum diligenter interpretata: Ea enarrare conabimur. in Summa illa oĩa qualiacũq; sũt: quæ lõgis uigiliis & iugi labore didicimus Vobiscũ libẽtissime cõmunicabimus. Vos queso auriũ opam nobis accommodate. Dixi.

Philippi Beroaldi oratio habita in enarratione Questionum thusculanarum & Oratii flacci cõtinẽs laudẽ musices.



Agna res est ac uenerabilis: omniumq; mortalium uotis expetenda Viri clarissimi philosophia: quam greci Ethicem: latini moralem nominauerunt: quæ cum ani-

morum nostrorum medicina sit efficacissima: tanto reliquis disciplinis est excellentior: q̄to animi corporibus antecellunt. Nam cū constemus ex anima & corpore: Cumq; corporis seruitio animi utamur imperio: Magis nos decet animum curare q̄ corpus. Nihil autem peræque pertinet ad animorum sanationem: q̄ philosophia & ea potissimū: quæ de uita tractat & moribus. Siquidem cum plures perniciosoresq; sint animi morbi quā corporis: q dies noctesq; nostras mentes exedunt: Cum cupiditatibus insatiabilibus sollicitemur: Cū perturbationibus innumerabilibus simus obnoxii: hos omnes morbos sola sanare pót philosophia moralis. Quæ haud immerito uitæ dux: & uirtutis indagatrix ex pultrixq; uitiorum a luculentis scriptoribus nuncupatur. Cuius documentis qui fuerit imbutus: is facile casus contemnet humanos: fortunamq; floccifaciet imperterritus imperturbatus inuictus. Et cum plura sint studia: quæ liberalia: nominantur: quia homine libero digna sunt. Hoc unū philosophiæ studium uere liberale ē: quod homines liberos facit sublimes fortes atq; magnanimos. Quo circa illi ualde uituperandi esse creduntur: quorum corpora in sagina sunt: animi in macie ueternoq; tabescunt: apud quos appetitus rationi imperat: Virtus uoluptati obsequitur: Corpus animo dominatur: Quorum deus uenter est: quiq; in uoluptatibus libidinibusq; summum bonum collocarunt. At quanto maiores nostri prudētiores laudabilioresq; extiterunt: qui uirtutē ad beate uiuendum solam sufficere crediderunt: qui unicæ philosophiæ diuitias oēs postposuerūt: Solam uirtutem contēplantes: Soli sapientiæ inhiantes: solam doctrinam amplexātes: Inter quos ípri mis Socrates philosophorum fons nuncupatus excelluit: qui primus philosophiam deuocauit a cælo: Docuitq; de uita & moribus rebusq; bonis ac malis inquirere: Nā cum philosophiæ tres partes esse tradiderint eximii scriptores. Physicem: Dialecticē: atq; Ethicem: quam physice: quæ a nobis naturalis appellatur:

rerum naturam perscurtatur:Dialectice:quã rõnalẽ noĩamus:pro/
prietates uerborum structuramq; requirit:Ethica quæ dicitur mo
ralis animum cõponit atq; omnes animorum perturbationes se/
dat:hanc postremam Socrates complexus est:Ethicam Socrates
in scholis edocuit:ethicam adamauit:illustrauit: excoluit:ad quã
cum transiret:illud uulgatissimum usurpauit. Quæ supra nos nihil
ad nos:tanquã sola philosophia moralis esset mortalibus maxie
necessaria atq; frugifera:plurimumq; utilitatis afferret : Cum reli/
quas partes multum non probaret. Ideoq; neq; de natura rerum:
neq; de altioribus sublimioribusq; rebus Socrates unquam dispu
tabat:sed de sola morali philosophia assidue disserebat ac medita
batur. Cuius discipulus diuus ille Plato doctoris dogmata in oĩ/
bus fere uoluminibus mirabiliter expressit:Eiusq; ingenium uari/
osq; sermones immortalitati cõmendauit:Cum ipse litteram So/
crates nullam reliquisset. Cæterum philosophia omnis ac reliquæ
liberales disciplinæ diu in solis græcorum gymnasiis floruerant:
diu a solis græcis tractatæ:excultæ:illustratæ sunt : Cum Romani
latiniq; arma magis q̃ studia litterarum exercerent:cum imperium
magis propagare q̃ disciplinas percipere meditarentur. Antiqui/
tus sophia dicebatur : quæ nunc philosophia nuncupatur:Et qui
hanc profitebantur Sophi.idest sapientes appellati. primus Py/
thagoras philosophiam nominauit seq; philosophum hoc est
sapientiæ studiosum : a quo illud philosophiæ genus emanauit:
quod italicum scriptores appellant:ab eo ꝙ Pythagoras ut pluri
mum in italia philosophatus sit:cum ionica philosophia ab Ana
ximandro defluxerit discipulo thaletis Ionici . Cæterum cum in
dies magis ingenia græcorum efflorescerent : cum studia littera/
rum magis ac magis excolerentur : apud athenienses illos Catos
atq; legiferos domicilium philosophorum constitutum est il/
lic academia Platonis. Lycium Aristotelis : porticus zenonis ef/
floruerunt:ex ea ciuitate cõplures philosophorum sectæ tanquã

ex quo troiano Innumeri principes prodierunt. illinc academici hoc est Platonici ab achademia schola nuncupati:illinc Stoici a porticu zenonis nominati:illinc peripatetici ab ambulatione Aristotelis nomen sortiti ꝓcesserunt.illinc secta Epicureorum: illinc manauit secta cynicorum:quos ita a ꝓbris moribusq; caninis appellitauerunt:quorum princeps & auctor perhibetur Anthisthenes & illustrator Diogenes.In atticorum gymnasiis dogmata philosophorum didicerunt Aristippus conditor cyrenaicæ sectæ Archesilaus princeps nouæ academiæ:phedon a quo heliaca secta profluxit:Euclides a quo megarica:& Menedemus:quem auctorem ereticorum secta concelebrat.& ut semel finiam:nulli fere illustres philosophi extiterunt:qui non athenas studiorum causa proficiscerentur.Illic diu litteræ habitarunt:illic philosophia habuit domicilium : illic ingenuæ ac liberales artes diutissime diuersatæ sunt:quæ sero quidem:sed tamen aliquando ad Romanos trasmigrarunt:qui ut erant omnium utilitatum : ac uirtutum rapacissimi cognitis grecorum disciplinis incredibili literarum studio flagrare ceperunt:Multiq; philosophiam latinis litteris excollere atq; illustrare conati sunt.Sed duo potissimum excellenti ac pene diuino ingenio uiri id efficere potuerunt.M.Varro qui a Terentiano undecunq; doctissimus nuncupatur.&.M. Tull. Ciceronis extra omnem ingenii aleam collocatus:Qui cum oratoriam disciplinam illustrauisset:philosophiam quoq; sua industria illustrádá excollédamq; suscepit.ut q̄ occupatus Romanis profuisset:etiam prodesset ociosus.& cum ubiq; Platonis emulus ac imitator existeret Dialogos in philosophia & potissimum morali plurimos diuinitus conscripsit:& in primis questionum libros quinq;:quas a uilla sua thusculana:quæ fuerat antea Sylle dictatoris:Thusculanas noíauit:quarũ lectio cũ sit futura auditoribus utilissima ac saluberima:Cunq; multũ eruditiõis:multũ sententiarũ:multũ exemplorum in his contineatur:eas publico auditorio instituí ꝓfiteri:

meq; facturū operæpretium esse censui si id pluribus mea īdustria cognitum fieret & aptū: quod prius incognitū erat & obscurum. Vos itaq; hortor & moneo: ut Ciceronis libros lectitare ediscere & in manibus quotidie habere uelitis: hūc spectemus: hoc ꝓposi tū nobis sit exēplū. ille ut Quintilianus ait: se ꝓfecisse sciat: cui Ci cero ualde placebit. Ceterū q̄tū cicerōis lectio nobis utilitatis est allatura: Tātū carmīa oratii flacci modulata afferēt iucunditatis: & quēadmodū philosophia salubris ē: ita musica delectabilis. Cuius dulcedīe cūcta uiuētia capiūt: cuius origo celestis memoratur: ip siusq; ratione mundū esse compositum pythagorici uulgauerunt. Vnde Theologi. nouē musas esse dixerūt propter octo spherarū Celestium musicos concentus & unam maximam continentiam: quæ cōstat ex omnibus: quam armoniam nominarunt: Celumq; ip sum canere asseruerunt. Musicam antiquis illis temporibus in ue neratione maxima fuisse memoriæ proditum est: ac maximos du ces fidibus tibiisq; cecinisse. quin etiam apud priscos tam grecos quam Romanos in conuiuiis post cenam lyra circūferabatur: qua laudes atq; uirtutes uirorum fortium canebantur: quam cum olī themistocles recusasset habitus est indoctior. Cōtra laudatus epa minondas q Cytarizare & cantare ad cordarum sonum esset eru ditus. Socrates quoq; iam senio confectus institui lyra non erubu it: & Plato ciuili uiro quempoliticū uocat: musicam credit esse ne cessariā: Et aristoteles ī politicis autor ē Musicā īter disciplinas in genuas eē collocatā quā una cū litteris & gymnastica adolescētes priscis tpibus discere consueuerūt: & si uolumus īquit idē Dege re ī ocio. Musica ē adhibēda: q̄ habet naturalē uoluptatē quæ ex iucundissimis est: quam Museus dulcissimam dixit eē mortalibus Musica antiquitus sacrificiis ac funeribus adhibebatur. Musica cu ras abigit: clementiam suadet: & ad leniendos affectus plurimum ualet: & ut inquit eleganter apud philostratum Canius tibicen: Musica merentibus adimit merorem: hilares efficit hilariores:

amatorem calidiorem. religiosũ ad eos laudandos paratiorem: eadẽq; uariis: moribus accommodata animos auditorũ quocunq; uult sensim trahit. Pythagoricis certe moris fuit animos ad lyram excitare uel lenire: neq; solum perturbationibus animorum sed etiam corporis morbis medetur musica modulatio: Cum ad febrẽ quoq; ac uulnera Cautiones quotidie adhibeantur. Quapropter laudandus est Xenocrates: qui organicis modulis lymphaticos liberabat: & Asclepiades: qui tubarum cantu surdissimis medebatᷣ. Theophrastus quoq; ad affecti ões animi moderãdas Tibias adhibuisse fertur. Quin etiam traditum est Taletem Cretensem Cythare suauitate morbos ac pestilentiam fugauisse. & cantus tibicinum mederi creduntur ischiacis: & in instrumento ueteri scriptum est: quẽadmodum dauide citarizante Saul refocilabatur a furore dementiæ: quo identidem corripiebatur. Quid non ne bella musicis modulatiõibus accẽduntur? quid aliud in R. legionibus litui tubæ cornuaq; moliebantᷣ? Quorũ cõcẽtus equos milites q; piter acuebat. Preterea cretenses ad cytaram dimicabant: Lacedemonii in græcia: in italia Sibaritæ ad tibias. Non ne amazones ad calamos arma tractabant? non ne halyattes lydorum rex: ut auctor est Herodotus in exercitu habuit concinnentes fistulatores atq; fidicinas? Thimotheus quoq; Musicus eruditorum preconio celebratur: ꝙ Alexandrum magnum musici cantus modulatione ad arma corripienda inflammaret idẽ inflammatum mutatis modulatibus cohiberet. Quid pacis munia non ne apud antiquos musicis cantibus celebrata fuere? Etenim plures græcorum ciuitates ut Martianus affirmat ad lyram leges decretaq; pu. recitabant, Quid multa? Musices disciplina non solũ homines uerum etiam bruta animalia demulcet. cerui fistularum cantu capiuntur. Delphines musica arte mulcentur. Aues fistulis alliciũtur. Architectus quoq; citra musicem perfectus non erit: quæ in primis efficax est ut inquit Victruuius ad balistarum catapultarum scorpionum tempera-

turas:hidraulicas quoq; machinas efficere nemo poterit sine musices ratiocinationibus. Cum ergo inter homines reliquaq; animátia musice táta sit dominatio:eiusq; dulcedine capiatur oē quod uiuit:celeberrimi scriptores extiterunt:qui ad lyram carmina componerent:& rythmis musicis numerosisq; modulationibus sua scripta contexerent. Quod non solum a græcis latinisq;:uerum etiá ab hebreis factitatum. Tanta quippe est suauitas:tántaq; uoluptas musicæ modulationis. Quid enim psalterio dauitico modulatius? Quid canorum magis? Quod in morem Oratii, Pindariq; decurrit? Quid Deuteronomii & Esaie cantico pulchrius? Quid Solomone grauius? Quid perfectius Iob? quæ omnia exametris & pētametris uersibus ut eruditi testantur:apud hebreos composita citra salebrosam aspredinem progrediuntur. Cæterum cum antiquores numeri rusticis & inconditis similes essent:poetica ut auctor ē censorinus:ueluti legitima musica composit.or magisq; modulata profluxit:quæ modulatione metrica asperitudinem leuigaret & cuncta uenustaret. etenim rythmos numerosq; musicos ac pedes peculiariter complexi sunt poetæ illi qui lyrici cognominant ab eo quod ad lyram illorum carmina condecenter canebantur: quorum apud priscos tanta fuit copia ac tantus numerus. ut Cicero neget si sibi duplicetur ætas se habiturum tempus:quo lyricos poetas omnes perlegat:quorum apud græcos lōge pindarus princeps extitit:apud latinos Orat us:qui auctor est Quintilianus fere solus lyricorum poetarum legi dignus est. ná & insurgit aliquádo & plenus est iucunditatis:& graue & uariis figuris & uerbis fœlicissime audax. Idem in satyra scribenda tersus & purus:& ad notandos hominum mores precipuus. In eo graues crebræq; sententiæ. Eruditio uaria & multiplex:elegátia cum nitore tersissima Oratii itaq; poema canorum non minus delectabit q̄ proderit. non minus animo q̄ auribus pabulum suppeditabit:cuius lectio nonminus frugifera erit q̄ iucunda. Ego uero pro uiribus cōnitar

in enarratione Ciceronis & Oratii cunctis auditoribus satisfacere: & nihil earũ prorsus omittere:quæ ipsorum declarationi sint futuræ accõmodatæ. Vos ipsi testes eritis locupletissimi: quos oĩs rogo & hortor.ut tam libenter audire uelitis:q̃ nos diligenter cũcta enodare curabimus.Sed iam non nulla scitu digna de Cicerone dicemus:paulo post de Oratio flacco dicturi. Vos ut cepistis queso attente audiatis. Dixi.

Philippi Beroaldi oratio habita in enarratione Persiii poetæ Satyrici.



Vltæ res sunt parui corporis Viri clarissimi:quæ rebus magnis proculdubio anteponuntur:& multo preciosio res esse iudicantur.hoc in primis gemmæ lapilliq; testantur. Quid enim est minutius carbunculis?quid breuius adamante quid hiacyntho magis pusillum?& nihil tamen his preciosius:nobilius ue reperitur?Scribit eloquẽtiæ parens Homerus Tideũ paruo fuisse corpusculo decoratũ.In quo tamen anima esset maxima: & uires ingẽtissimæ:Vnde decenter in priapeis a poeta scriptũ ẽ.

Vtilior Tideus:qui si quid credis Homero:
Ingenio pugnax corpore paruus erat.

Et a Papinio non minus uere q̃ diserte dictum.

Maior in exiguo regnabat corpore uirtus.

Et Xãtippus lacedemonius:q breui statura erat ita laudat a Syl.o.

Exiguis uigor admirabile mẽbris:
Viuidus & magnos nisu qui uinceret artus.

Enimuero mihi curiosissime circũspectanti & diligentissime pensitanti uidetur res fere omnes uirtute magis q̃ magnitudine estimandas esse ac metiendas:neq; querendum quantus sit quisq; sed qualis:neq; q̃ procerus:sed quã probus ac eruditus:quis unquam librum laudauit ob id tantummodo q magnus foret ac copiosus? qui orationem duxit esse luculentam propterea q uerbosa esset & enormis?quis poema ob magnitudinem ubertatemq; celebra-

uit unquã? nemo mediusfidius uel modice eruditus id asseruit. immo contra: laudamus libellos qui sunt diserti eruditi & doctissime concinnati: eosq; haud dubie anteponimus maximis uoluminibus. in quibus nulla sit eruditio: minimaq; facundia. huiusce autẽ rei nobis locupletissimum quotidie testimonium exhibet Persius poeta satyricus: qui quanto minor est: tanto est elegantior: quanto minus habet ponderis. tanto plus habet auctoritatis: unde luculente cecinit epigrãmaticus poeta Martialis.

Sepius in libro memotatur persius uno:
Quam leuis in tota marsus amazonide:

Et de eodem Quintilianus ait. Multum & uerae gloriae quãuis uno libro Persius meruit. Et diuo Hieronymo Satyricus disertissimus nuncupatur. nec immerito. nam & sanctitate scribendi & sententiarum grauitate: & uerborum pondere: & Satyrica urbanitate nulli postponendus esse uidetur: insectatur uitia: Sontes carpit: preceptis legentium animos sanctissimis format & imbuit. aliquanto subobscurus esse creditur: propter hominum temporũq; inscitiam & rerum ignorationem. Sed si quis curiosius poema luculentum introspexerit proculdubio cognoscet id esse tersissimũ atq; elegantissimum: quod (ut opinor) ubi a nobis enarratum fuerit: facile omnes iudicabitis uerissima esse quae dicimus: & profecto post enarrationem Iuuenalis: nullus nobis scriptor magis idoneus ipso Persio occurrere potuisset. uterq; satyricus: uterq; in eodem scribendi genere uersatur: uterq; uitae mortalium formandae accommodatissimus est. Enarrabimus itaq; diis bene iuuantibus Persium Satyricum poetam: cuius opusculum non minus nobis iucunditatis dabit: q̃ utilitatis: qui non minus gratus erit uobis audientibus: q̃ nobis enarrantibus. Sed ne morosior sit prologus q̃ poema iam interpretationem ipsam inceptabimus. Vos quaeso diligenter attendite. Dixi.

Philippi Beroaldi oratio dicta apud rectorem scholastici cõuentus ineuntem scholasticam prefecturam.

MAiores nostri qui rempublicam Bononiensem institutis optimis: legibusq; formarunt: Cum uiderent bona animi: coporis bonis longe esse anteponenda: Solertissime ac prudentissime sanxerunt: ut gymnasia constituerentur: quæ essent domicilia doctrinarum: & asyla bonarum litterarum in quibus uiri sapientes ac eruditi ingenuas disciplinas profiterentur. Sed quia sine gubernatore nauigium periclitatur: Sine auriga quadrigæ precipites ruunt: Sine rectore cuncta labascunt atq; uacillãt: Ideo iidem illi conditores annuos gymnasiarchas hoc est prefectos gymnasii litteratorii esse uoluerunt: qui ordini scholasticorum honestissimo preficerentur: qui cuncta ad scholasticos pertinentia auctoritate regerent: prudentia pensitarent: dexteritate moderarentur. Mos hic optimus taquã per manus posterorũ in hodiernum usq; diem propagatus est: nuperrimeq; omnium suffragiis atq; consensu designatus fuit Rector utriusq; scholastici conuẽtus: hoc est tam italorum q̃ prouincialiũ uir magnificus ac circũspectissimus Thomas anglicus: uel ut latine loquar Brittannicus qui & natalibus & familiæ nobilitate clarissimus est: idẽ fortunæ bonis opulentus: animi dotibus excellens: Cui genitale solum Anglia est: quam maximam illustrissimamq; eẽ insularum nullus ignorat: cui antiquitus Albion nomen fuit: quam mox britaniam nuccupauerũt: a qua omnes uicinæ insulæ britaniæ nominatæ fuerunt. Angliam uulgo recentiores appellitant. Regio est clara latinorum grecorumq; monumentis: fecunda frugibus: copiosa pecoribus: referta auri: argenti: plumbiq; metallis: ex qua escaria uasa generosa olim romam missitabantur: quæ bascaudæ ab eruditis nuncupantur: extremorum imperium semper aspernata: indigenis contenta principibus. ingenia britannorum non fraudulenta sed

ſimplicia plaudauit antiquitas. In re militari preſtãtiſſimi ſuere. nõ equitatu modo peditatuq; polentes: ſed etiam curribus: quos par tim couinos uocitant partim eſſeda inſtructi preliabãtur: quo ge nere pugnæ uſi ſũt aduerſum Ceſarem dictatorem belligerantes. Inde Eſſedari Couinariiq; ab hyſtoricis nominati. In ſtudiis litte rarum neq; hæbetes neq; obtuſi iudicati ſunt Cum ex aere tempe rato ingeniorum acumen uegetetur. hic ut opinor exiit illud uul gatiſſimum.

Gallia cauſidicos docuit facuuda britanos.

dies me deficeret ſi ſingilatim minutatimq; recenſere uellem: qui bus dotibus ac bonis fuerit decorata britãnia: uel ut a neotricis dicere didicimus: Anglia: quæ per lõga retro ſecula multos uiros generoſos procreauit. hac uero tempeſta te hominem nobis de dit ſũma nobilitate: ſumma dignitate ſumma uirtute p̄ditũ Tho mam: qui hodierno die init magiſtratum honoratiſſimũ gymna ſticæ prefecture gubernacula moderaturus: ut non ſolũ pro recto r e ſed etiam pro rectoribus preſit ſcholaſticis tam italicis q̃ pro uincialibus: & inſtar boni gubernatoris nauigium dirigat in por tum tranquiliſſimũ: ingenui homiuis mores: Auita nobilitas: ado leſcentia modeſtiſſima: probitas circũſpecta: Virtus excellens pol licentur ac ſpondent habituros nos talem rectorem: qualem nec probatiorẽ nec meliorẽ nec amabiliorẽ optare poſſemus. Supeſt ut ſcholaſtici omnes ei preſto ſint ac obtemperent tanquam legi timo Rectori: ut ipſi ab eo tanquam ſcholaſtici haberi mereãtur Scitum eſt illud domitii oratoris. Cur ego te inquit habeam ut principem Cum tu me non habeas ut ſenatorem: illud corpus be ne compactum eſt in quo capiti membra conſentiunt. illa res pu: optime inſtituta: in qua deteriores melioribus obſeqũntur: ille ſcholaſticorum conuentus bene moratus beneq; conſtitutus iu dicatur: in quo ſcolaſtici rectorem uenerantur: rectori preſto ſunt Rectorem tanq̃ ducem aſſectãtur. hoc ſi fiet: ordo ſcholaſticorũ

erit apud nostrates fauorabilior: Rector ipse uenerabilior: & gymnasio bononiensi pristina dignitas restituetur: quod olim gymnasii Atticorum Alexandrinorũ atq; tharsensiũ: quæ antiqtas admirata est meruit æquiparari. Te autem clarissime Rector. non moneo. non hortor. nec enim tu meæ indiges aut monatiõis aut hortationis. sed tuapte sponte currentem incito stimulo impello: ut tutelam gymnasii gymnasticeq; dignitatis tota mente suscipias: susceptam ita foueas ac modereris: ut celeberrimus hic ordo scholasticorum tua diligentia: probitate uigilantia conformetur. augeatur. illustretur. non deerunt tibi suffragatores ad omnia peragenda illustres principes mei Bentiuoli cum genitore absente. presentes filii: quorum fulgorem nuper fortuna paulum obnubilauit: ut purior deinde lucidiorq; enitesceret. sicuti solem uidemus interdum post dispulsam nebulam: post dissipatas nubes: post edomitam coacti aeris crassitudinẽ: fulgere splendidius. Radiare flagrantius: torrere uehemẽtius. Tu magnifice rector enitere meditare cõtende ut expectationi: quam de te concitasti satisfacias. id erit tibi tuæq; genti maximo ornamento: & successoribus exẽplar esse poteris ad imitandum. Dixi.

Philippi Beroaldi oratio habita dum Rector scholasticus nomine melior accepit magistratus insignia.

EGgregia est uiri prestantissimi atq; laudabilis: rebus oĩbus administrandis aliquem preficere: qui cuncta prudenter examinet: docte dispenset: sapienter administret: cuius nutui ne ius reliqui obediant atq; obsequantur: quem unum cuncti sectentur ut ducem: colant ut principem: reuereantur. ut rectorem. hoc in rebus etiam minimis licet inspicere. Nauis unũ habet gubernatorẽ: cuius peritiæ naute omnes ac remiges obsequũtur. Arx unum habet prefectum: qui reliquos custodes in officio continet: & nullus ab eius prescripto uel digitum transuersum discedere tentat. Et ut ad maiora ueniamus. Nulla ciuitas bene põt

gubernari sine magistratibus: Nulla castra sine impatoribus: Nulla prouincia sine presidibus: nihil est profecto prestantius: nihil utilius bono sanctoq; rectore: qui subiectis cõcordiam suadeat: bonitatem laudet: uirtutes precipiat: & officia capessenda prescribat. Merito itaq; uiri clarissimi laudandi sunt Bononienses: qui inter reliqua sancte prudenterq; instituta hoc in primis sanxerunt atq; instituerunt ut ornatissimus ordo scholasticorum rectorẽ habeat: qui sua prudentia atq; solertia cunctos regeret ac moderaretur: qui facienda pciperet: uitanda mõstraret: sub cuius oculis atq; uigilantia scholastici uitam in litteris quieteq; traducerent: & illius preceptis obedienter obsequerentur. hoc cum per multos annos diligentissime in urbe nostra custoditum sit. Nuper quoq; ut maiorum uestigia custodirentur: Designatus fuit rector uir prestantissimus & omni laude cumulatissimus: qui celeberrimo scholasticorum ordini perficeretur: de cuius uirtute moribus atq; prestãtia abunde iudicatum esse uidetur: cum eum non solum pro rectore: sed etiam pro rectoribus elegerint: & omnibus suffragiis declararint: qui solus officio fungeretur: utriusq; rectoris: & illius qui italicis scholasticis preest: Et illius qui prouinciales moderatur. Ego uero uiri circũspectissimi magnope laudo cõsiliũ illorum: q uice duorum prefectorum unicum tantum prefectum scholasticorum creandum esse duxerunt: Neq; enim ulla potestas potest habere consortem: & hoc nobis ipsa rerum natura demõstrat. Rex unus est apibus: dux unus in gregibus: & in armentis rector unus. Vnum grues ducem sequuntur ordine litterato. Quid multa? Vnus est mondi rector atq; gubernator beatificus: innominabilis ultramundanus: qui solus cuncta ratione dispensat: uirtute gubernat: nutu moderatur: Talis itaq; erit in laudatissimo scholasticorum ordine tegendo: hic nuperus rector. qualis est in gubernanda naue gubernator. in custodienda arce prefectus: in regenda ciuitate magistratus. in administranda prouincia preses: hic cum in

iuuenili ætate nestoream habeat sapientiam: cum bonitate nomini respondeat: cum sit ex omni parte laudabilis: omnia illa strenue & diligenter efficiet: quæ magistratui suo accommodata: quæ clarissimo ordini scholastico conducibilia: quæ honori & dignitati conuenientia esse cognoscet. Vale.

Philippi Beroaldi oratio ad Tribunos plebis.

NIhil mihi uiri clarissimi solet esse iucundius. nihil antiquius: q̄ in celeberrimo conuentu qualis hic est: q̄ corá magistratibus: quales estis uos de repu. capessenda concionari: de qua is quoq; bene mereri uidetur: qui oratione utitur ad animos eorum: qui magistratum inuenit incitandos: Cotis uice fūgens: quæ ut inquit Oratius Cum ipsa exors secandi sit: ferrū tamen acutū reddere pôt. quáobrem hodierno die hoc dicédi munus mihi iniunctum libentissime subiui: & eo quidem libentius q̄ de magistratibus qui sacrosancti: de Tribunitia potestate: quæ amplissima de tribunorum iure: quod populare est: mihi dicendum esse uideo. nec ignoro quid hic locus: quid ista cótio: quid dignitas uestra postulet: & quid meipsum decere uideatur: quo circa diligentissime prospiciam: ut neq; ineptus appaream neq; nimis effusus: neq; nimis astrictus fuisse deprehendar: & ut ordini tribunorum satisfaciam pro uirili parte conabor: qui inter ceteros popularium magistratuum ordines est eminentissimus: quod sacrosanctum collegium haud dubie declarat: maiores nostros multa per se prudentissime constituisse: aut accepta ab aliis meliora reddidisse. Nam quanta inter Romanos tribunos & nostrates: qui ab illis fluxerunt differentia sit queso diligenter attendite.

Romanis discordiæ ciuiles & intestina dissensio tribunos ple. peperūt: quádo in sacro móte Romana plebes: quæ a patribus uexata secesserat: peculiares sibi magistratus creauit: Qui Tri. plebis

nūcupantur. Nobis uero Iura leges atq; concordia Tribunos ple. tradiderunt. Apud Romanos nemini patricio Tribunatum capere licebat utpote plebeiū magistratum. deoq; Clodius perniciosissimus. Tri. ple. iudicatus: Qui relicta claudia gente patricia. C. Fonteio homini plebeio se in adoptionem tradiderit ut tribunatum consequeretur. At qui apud nos plebei patriciiq; promiscue Tribuni designantur. nullo liuore: nulla contentione: nulla discordia. Rome ab initio Tribuni tres tantummodo fuerunt a quo numero Tribunos nominatos iure consultus opinatur: uel ut Liuius Dyonisiusq; tradiderunt quinq;: quorum numerus ad decem usq; peruenit: quibus annua est finita potestas. Nostra autem ciuitas cum in regiones quattuor distincta sit: ex singulis quaterni eligunt: quorum autoritas quattuor mensium interuallo concluditur. ita fit ut quotannis duo de quinquaginta Tribunos ciuitas nostra sortiatur: quæ cum a Romanis. M. fuluio &. C. manlio cōsulibus Colonia latina deducta fuerit in creandis magistratibus & potissimum Tribūis religiosior atq; fecundior ipsa parente fuisse cognoscitur. Quanto bononienses beatiores Philippus macedonum rex inclytissimus esse dixisset: qui beatos Athenienses nuncupabat: q singulis annis pretores decem cum imperio crearent: & ex suis ciuibus facilime reperirent. Preterea apud. Ro. Tribunorum. ple. potestas magis ad impediendum q̄ ad agendū erat accommodata: ut Plutarchus & appianus memorie prodiderūt: & ut Cicero meminit ita consulibus erant oppositi. Tri. quemadmodum apud Lacedemonios ephori aduersus reges collocati: Et cum tribunis intrare curiam non liceret: ante ualuas positis subselliis Senatus decreta pensitantes q̄plurima rescindebant nec rata esse patiebantur. Contra nostri quæ agenda sunt agunt: Quæ omittenda pariter omittunt: Consulibus uero aliisq; magistratibus adeo coniuncti adeo connexi: ut ad res q̄plurimas obeundas illis auditoribus utant: & nō pauca ex illorū consilio administra-

re comperiantur. Quanto ergo uester o Tribuni q̃ Romanorum Tribunorum maior est ordo q̃to numerosior q̃to compositior: tanto uos magis eniti decet ac elaborare: ne uirtute ac rebus agen dis inferior iudicetur. Et quoniam discordia ordinum uenenũ est Ciuitatum. Quæ Romanos. Tri. cum consulibus altercãtes sepis sime labefactauit: Vos concordiam potissimũ custodite. sit inter uos omnes in administranda. re. pub. stabilis & firma consensio. in ore atq; animis uestris uersetur semper salustiana illa sentẽtia: qua hystoricus ille clarissimus demonstrauit. Concordia paruas res crescere. Discordia maximas dissipari: propter quã. M. Agrip pa se uirum bonum factum esse gloriabatur. Vobis exemplo sit prudentissimum illud Siluri factum: Qui Lxxx. filiis decoratus cũ iam morti proximus esset: Virgarum fascem unicuiq; natorũ por rexit iubens ut illum confringeret. Id autem singulis facere neque untibus: ipse sigillatim uirgas omnes facile cõfregit: quo callidis simo commento solertissimus pater filios admonuit eos firmos ac potentes tantisper futuros: dum iter se concordes & animis cõ glutinati esse perseuerarent: imbecilles uero & infirmos si discor dia se iungerentur. O diuina concordiæ uis: que dissipata conne ctit: ĩfirma corroborat: sine qua magistratus non salutares sed de trimentosi in suis urbibus efficiuntur. Conspirate itaq; Tribuni & uno consensu descendite ad rem. pu. capescendam: quæ omni bus pfecto rebus anteponenda est: Cuius causa. M. lepidus. Cum M. fuluio Collega: quo die censor factus est homĩe inimicissimo statim rediit in gratiam: & simultates inimiciasq; deposuit. induite personam publicam exuite priuatã. Mens uestra preter publicum cõmodum nihil spectet: huc oculos: animũ: cogitatiõẽ: huc studia uestra conuertite. æquitatẽ uero in primis custodite & iustitiã am plexamini: Sine qua (ut inquit Augustinus) Reges Tyranni nuncu pantur. Sine qua optimatium consensus factio est: Sine qua nec domus nec ciuitas nec hominum genus uniuersum: nec ipse mun

dus consistere potest.iustitie patrocinari est ipsam uirtutem cole re:Cuius hec uis est efficacissima:hostem esse atq; inimicũ hominum mororumq; malorum:Contra defensorem hominum morumq; bonorum:Commoda preterea patriæ sibi prima putare: Deinde parentum:Tertia iam supremaq; nostra.quos lucillianos uersus Tribuni non solum nobis ediscendos sed quotidie in manibus in ore in intimis precordiis habendos esse censeo: & sicut Crysipus imaginem iustitiæ faciẽdam esse docet:forma uirginali: aspectu uehementi:luminibus oculorum acrioribus : ita oportet magistratum:qui iustitiæ antistes est:esse grauem sanctum incorruptum:contra improbos nocentesq; inexorabilem.enimuero concordi & iusto magistratu nihil prestantius nihil utilius in bene cõstituta.re.pu.reperiri potest Discordi uero & iniusto nihil perniciosius.Concordes duce iustitia.R.P.seruant incolumen. Discorde iniustitia dominante labefactant & euertũt.Estote ergo Tri. iustitiæ cultores accerrimi.& æquo honestosq; patrociniamini.in hoc uersetur omne uestrum ocium omne negocium:in hoc quies & labor reponatur.in hoc studium & diligentiam collocatote.sit quoad fieri potest magistratus uester portus bonorum scopulus reorum.& quoniam Tribunus popularis est magistratus populares uos plebicolasq; prebitote:& populi commoda pro uirili parte defendite.Ceterum cum plures sint rerum publicarum species: Platone & Aristotele principibus ita tradentibus:Cum sit principatus regius quam monarchiam appellant: cum sit optimatium: quæ grece Aristocratia nuncupatur:cum sit popularis status Cui democratiæ nomen est:cum sit oligarchia idest paucorũ quando magistratus a censu eligũtur:Cum sit etiam Tyrranica admininistratio;uestræ sunt partes Tribuni uestrum munus:uestre est diligentiæ uestræq; uigilantiæ eniti cõtendere elaborare pro uiribus : ut principatus huius uerbis:Qui ex aristocratia democratiaq; compositus est:nulli aliorum cedere nulli postponendus esse uideat.

Tribuni pro populo excubare debēt:& munia rei.pu.ſaluberima capeſcere:id quod priſcorum romanorum inſtituta declarant:quibus nullum diem integrum Tribunis plebis abeſſe roma licebat: quēadmodum nec prouinciarum rectores extra prouincias abnoctare iura permittunt:ut uidelicet ſemper preſto eſſent:& ſi quando opus foret:ne unq̄ eorū opera a plebeis deſideraretur.hinc ēt ianue antiquitus die noctuq; patebant Tribūorum:Tanquā portus et refugium laborātibus ſemp patum eſſet:quibus foret opitulandum:Quinetiam tribuni purpuram minime geſtare conſueuerunt:ut popularis magiſtratus in omni uictu ac cultu popularibus ſimilis conſpiceretur.Et ut curio dicere ſolebat tribuno cōuenit prebere ſe multitudini commodum atq; tractabilem & in adeundo ſe facilem:quod etiam a iuriſconſulto non ſolum de p̄ſide ſed de omnibus quoq; magiſtratibus dictum eſſe exiſtimare debemus.plurimum ī Re pu.adminiſtranda ualet magiſtratus: maxima in rebus obeūdis eſt magiſtratus autoritas.quod in oculo pupilla:in naui gubernator:in quadrigis auriga:hoc in ciuitate pollet magiſtratus.quemadmodum oculorum acies ſine pupilla hebetatur:Sine gubernatore nauis periclitat̄:Sine auriga currus ſepe conuertitur.ita ſine magiſtratibus ciuitas labaſcit atq; uacillat. Quid enim aliud ſignificat magiſtratus:q̄ rectorem ac rei pu. moderatorem. Vnde a magiſtrando ideſt moderando magiſtratus nomē ipſum deriuatur.Et quemadmodū magiſtratibus leges: ita populo preſunt magiſtratus.Et quemadmodum legem dicimus mutū eſſe magiſtratum:ita eleganter & uere dici poteſt magiſtratum legem eſſe loquentem. Vos ergo tri.qui magiſtratus eſtis & quidem ſacroſancti:rebus moderandis incumbite.publica commoda pro uirili portione fouete& quod rectum erit id ſolum utile exiſtimate:& quod iureiurādo aſtricti facturos uos eſſe promittitis:Id rebus comprobate.Imprimiſq; diuina illa Catonis Cenſorii uerba ſemper in memoria atq; in pectore habetote:Si quid uos p labo

em recte feceritis labor ille a uobis cito recedet:bene factũ a uobis dum uiuetis non abscedet. Sed si quid per uoluptatem nequiter feceritis:uoluptas cito abibit:nequiter factum illud apud uos semper remanebit. Ita Tribuni ad. benefaciendum mentem studiũ operam industriam applicantes: Vobis honori:amicis ornaméto: reipu. utilitati:& posteris exemplo esse poteritis. Dixi.

Ad illustrissimum principem Ludouicum Sphortiam Philippi Beroaldi epistolium.



Quemadmodũ Parthorũ regem nemo sine munere salutat:ita ego te illustrissime princeps salutaturus attuli tibi pro munusculo panegyricum:quem leta fronte ac hilari uultu accipias queso: Non enim minus regia res est pauca benigne ac comiter accipere:q̃ magna largiri Multa ideo preciosa existimãť: quia diis ĩmortalibus sunt dicata:Libellus hic ad famã fortasse perueniet:quia tum clarissimum nomen gestat in titulo:Cum alioquin subire posset infamiam:quicquid.i.qualecunq; est boni consulito:Et cum ociosus eris ac feriatus ab occupationibus rerum amplissimarum:quibus iugiter detineris:tunc in manibus accipito:& successiuis temporibus perlegito. In summa cum nihil agere uoles:hoc agito. Dii faxint ut istud sit perpetuum pignus ac monumẽtum meæ erga te fidei ac obseruantiæ. Vale & me qui tibi mancipatus sum in clientelam ascribito.

Philippi Beroaldi panegyricus ad illustrissimum principem Ludouicum Sphortiam.



Sepenumero ipse mecum dubitaui illustrissime princeps Ludouice Sphortia utrũ ne fortuito ac casu principes terris darenť:an ab oĩpotẽtissimo rerũ oĩum cõditore deo traderenť. Sed hæc oĩs iã ex aĩo sublata dubitatio ẽ:postq̃ tu inclytissimi ducatus Mediolanẽsis habenas gubernare cepisti. Liquet.n.te prĩcipẽ diuinitus cõstitutũ. Tu ab ipo deo repertus ele-

ctus atqȝ missus esse uideris ad hoc amplissimum Imperium mo-
derandum: quod aliquandiu rectore uiduatum labasse atqȝ titu-
basse accepimus: Sicuti cymba sine gubernatore a procelosa tem
pestate deprehensa inter fluctus nudabundos agitatur: Deus itaqȝ
cum labanti ac nutabundo insubrium statui subuenire ac opitula
ri uellet: Te unum ex omnibus potissimum delegit: qui tua singu
lari uirtute fulcires titubantia: recreares afflicta. sedares tumultuo
sa: qui deniqȝ cuncta redigeres ad tranquillitatem: Non poterat
medius fidins illustrissimus dux aduhc pupillus adhuc puer tuto
rem proximiorem: Sanctiorem: cordatioremqȝ usq̄ repperire. q̄ lu
douicnm sphortiam: qui consanguinitatis gradu arctissimo con-
iunctissimus est: utpote germanus ipsius genitoris: qui probitate:
innocentia: integritate nulli principium postponēdus est: qui pru
dentia solertiaqȝ tanta splendescit: ut cordatus merito cognomīa
ri possit: hec summatim & in transcursu magis signata q̄ dicta La-
tius iam explicanda sunt: & copiosins enarranda: quod ut commo
dius luculentiusqȝ perficere possim: uellem mihi a diis immortali
bus dari fluuium tulianæ eloquentiæ: & torrentem demosthenis
facundiam. grandes enim materias ingenia parua non sufferunt:
& in ipso conatu subinde succumbunt. grandis immo ingens hec
est materia: quam aggredior. Ingenium mihi perquam mediocre:
nec infitior: uires tenuissimæ. Sed in magnis uoluisse abunde ma-
gnificum ac pulchrum existimatur etiam si assequi nequiueris. pro
inde hoc nos ausos esse non improbabis illustrissime princeps
etiam si uires ipsæ defecerint. Ceterum non auspicabimur laudes
tuas a cunabulis ipsisqȝ crepundiis: sicut nonnulli laudatores facti
tare consueuerunt: non stemmata generosissimæ familiæ recense-
bimus: de qua melius est tacere q̄ pauca dicere. non fortunas lucu
lentissimas: neqȝ eximias corporis dotes referemus: quæ neqȝ tu
magnifacis: neqȝ inter prīcipes solus possides. nihil nisi proprium
nisi genuinum: nisi tuum laudabimus Illustrissime princeps hoc ē

solas ipsius animi tui dotes:que in homine sunt bona principa-
lia commemorabimus:Nam diuitias generositatem honores:for
mositatem:uires:hoc est fortunæ & corporis bona magis circa
nos:q̃ in nobis esse scriptores idonei tradiderunt:& ideo aliena
bona nuncupantur.ipsas uero animi uirtutes:quæ neq; ab etate
mutabiles neq; ullo infortunio caducæ:nostra & uera bona noīa
re solemus.quæ quidem dotes tanto preciosiores iudicātur:quã
to maior est ille:in quo enitescūt:quas in te optīe princeps tāto
splendiores existimamus:quãto tu inter reliquos principes enite-
scis:Quæ in presentiarum mihi de laudibus tuis dicturienti ag-
minatim se ingerunt & cateruatim:ita quelibet festinabūda se of
fert:ut a nobis in hoc panegyrico prima promatur:Quæ res me-
diussidius hesitantem me facit & cunctabundum. Namq; si cepo
de prudētia tua singulari predicare:occuret iustitia.Quæ postpo
ni gemebunda dolebit.Si dixero de fortitudine tristabitur tēpe-
rantia.Si laudauero liberalitatem:frugalitas ipsa se contemni exi-
stimabit.Si clementiam extulero. Seueritas indignabitur. Deniq;
quancumq; primam arripuero:illi ceteræ inuidebunt.ita enim in
singulis uirtutibus emines quasi reliquas non possideas.Ego ta-
men p̱ uirili parte ita cōtendam ac elaborabo & tale temperamē
tum adhibebo:ut singulis:quod suum est tribuisse uideamur.Sed
unde prius oridiar q̃ a prudentia:que)ut scribit Plato)diuinitus
ceterarum uirtutum dux est:quæ in teadeo fulget atq; splendescit
ut neq; in Nestore maior neq; in Catone presentior fuisse creda-
tur:prudentia cum omnes mortales:tum potissimū principes de-
cet:qui hac duce nihil insipienter nihil temere in gubernandis su
biectis agere neq; uolūt neq; possunt.prudentiam Solomon ī pa
remiis amicam uocandam esse precepit.hec tibi est prudētissime
princeps amica peculiaris:hcæ te dies:hæc te noctes fouet ac am
plexatur.hanc ne transuerso quidem digito abste digredi sinis.
hac aurigante habenas ipii consultissime moderaris.hac duce cū

cta prudentissime disponis: hac adiutrice nihil in te reprehensibi le conspicitur. Prudentiæ germana iustitia te iugiter comitatur: Si ne qua principes principium nomen amittunt: & in Tyranni no/ men detestabile transgrediuntur: quæ si Ciceroni credimus: omni um est domina & regina uirtutum: ad quam nos esse natos intel ligere debemus: que auro preciosior ut iquit: Plato iudicanda ẽ: Quæ suum cuiq; tribuit: alienum non inuadit: & propria utilita/ te neglecta: publicam utilitatem fouet atq; tutatur. Cuius fruendæ cã uidentur olim benemorati Reges cõstituti. Tu uero iustissime princeps. ius sanctissime dicis. Et cũcta uelut in librili perpendens omnium beneuolentiam promereris: audis desideria cunctorum: & tanquã alter Alexander ex duabus auribus: alteram accusatori prebes. alteram reo tradis. Te nulla largitio: nulla gratia: nulla cu/ piditas transuersum trudit a recte consulendo recteq; iudicando. adamussim singula pensitas: & cõtrouersias omnis diligentissime componis. nullum a sermone tuo tristem discedere ꝑmittis: quod olim Titum Vespasianum factitasse tradũt. Hæ sunt partes regiæ: hæc sunt munia imperatoria: Compõere lites: decidere negocia: satisfacere desideriis. mortalium: citra odium cuiuspiam ac maliuo lentiam. Summa æqtate nec mĩori lenitate ius dixisse laudatur Au gustus: Cuius tu uestigia emulatus seueritati misces comitatem: & quoddam ex utroq; ꝯficis saluberrimũ temperamẽtum: habes ho ras quotidianas & statas: quas audiendis controuersiis impende/ re memoraris: quibus tam humili quã potẽti: tã egestoso quã lu/ culento licet ad te adire: desideria expromere: & lites explicare: & profeto nihil prestabilius esse potest & potissimũ in principe: q̃ hẽre tpa destincta: & horas negociosas a feriatis sequestratas. ut .n. certus syderũ cursus: ita uita hominũ disposita delectat: & prin cipum presertim. Nãq; inde efficit: ut ciues ac subiecti minime to tos dies conterant: dũ colloquiũ prĩcipis aucupantur. Nouerunt tempora. Nouerunt horas: horarũq; momẽta: q̃bus possint apud

te ſuas controuerſias enartare: & petitiones exponere. Ceterũ cũ principales uirtutes ita inter ſe cõnexe ſint prout philoſophi autumant: ut inuicem nequeant diſſociari: ita in te prudentia & iuſtitia inclytiſſime princeps effulgent: ut tñ & fortitudo & tẽperãtia non ſordeſcant. nam quanta fortitudine preditus eſſes in ecrũnis exanclandis haud dubie demonſtraſti. Etenim cum fortitudinis peculiare munus ſit tolerãter calamitates perpeti: neq; rebus aduerſis ſuccumbere: Tu olim fulminibus fortunæ ĩpotentis ſemiuſtulatus uirum te fortiſſimũ magnanimumq; preſtitiſti: Cum neq; fortunæ cederes: neq; aflictus iaceres: neq; in gurguſtio plorabũdus ingemiſceres: immo quemadmodum nemo te unquam in rebus ſecundis ſuperbum ac inſolentem conſpicatus eſt: ita aduerſis nullus unquam ſuccubuiſſe cognouit Voluit mihi crede fortuna pauliſper tecum colluctari: ut ingenium tuũ periclitaretur. Sicut enim ignis aurum probat: ita calamitas uiros fortes explorat: & ut aduerſa ex ſecundis: ita ex aduerſis ſecunda noſcunt: cognitum in te eſt fortiſſime princeps oratianum illud eulogium eſſe ueriſſimum.

Si fractus illabat ut orbis
Impauidum ferient ruinæ:

Quanta uero dii boni in Ludouico Sphortia temperantia moderatioq; floreſcit: qui in mediis delitiis collocatus: Delitias nõ amplexatur. qui inter ſexcenta milia uoluptatum poſitus abſtinet a uoluptatibus: qni inter incentiua libidinum inſtrumentaq; luxuriantis fortunæ Caſtum agit principem & frugi.

Ardua res hæc eſt opibus non tradere mores:
Et cum tot creſos uiceris: eſſe Numam.

Curium atq; Fabricium duo romanæ frugalitatis exẽpla maiores noſtri laudibus extulerũt: ꝙ paruo contẽti uixerint: & frugaliſſimi inter romanos extiterint. Verum nulla uel minima laudatiõe illi mihi digni eſſe uidentur: qui in paupertate collocati egreſtoſis

similes uiuere: & iubente necessitate uoluptates eliminare cogebā
tur. Sed da mihi aliquē Creso aut Midæ diuitiis æquiparandum:
qui opibus affluens auro abundans: qui pollens ac potens fruga
liter uiuat: qui abstinentiam appetitionibus cohercendis adhibe-
at: qui bellum titillantibus uoluptatibus indicat: illum deo simil-
limū iudicabo. adeo male conueniunt maleq; coeunt uirtus & uo
luptas: frugalitas & luxuria. Maxima est igitur in te hæc: uel poti-
us diuina uirtus in summa peccandi licentia non peccare. inter blā
dissimas ac illicibiles uoluptates cohibere seipsum: & appetitū
obedientem efficere rationi. Quid ergo prestantius: quid admira
bilius excogitari potest principe prudentissimo: iustissimo: fortis-
simo. temperatissimo. Quæ quidem uirtutes cunctarū reginæ uir
tutum in paucissimis principibus iugate conspiciuntur. Aliqs pru
dentia enituit: Sed iniustitia obsoleuit. Alium fortitudo decorauit
Sed intemperantia ac libido dehonestauerunt. Deniq; nulli uel ra
ri extiterunt: in quibus quatuor iste uirtutes simul enitescerent. At
qui nemo admiretur: si nunc Prudentiam a Iustitia: Fortitudinem
a temperantia. Aliamq; ab alia ita seiungam: quasi possit quisquā
prudens esse citra iustitiam. Fortis citra tēperantiā: cū inter philo-
sophos & maxime stoicos constet: qui unā habuerit oēs habere
Et qui una caruerit. omnibus carere uirtutibus. Alia est illa philo-
sophorum limata & nimis spinosa subtilitas. Alia est ex cōmuni
opinione ducta sententia. ut ergo uulgus: ita nos hoc loco ser-
mocinamur: ut alios iustos: alios prudentes esse dicamus: popula-
ribusq; uerbis utimur de populari opinione loquētes. Sed ut ad
te perfectissime princeps nostra remigret oratio: Sicut quadriga
illa uirtutum principalium te uehere ac gestare existimatur: quod
quāpaucissimis dii dederunt: ita illæ quoq; uirtutes: Quæ mino-
ris dicuntur te ornatum faciunt atq; monstrabilem: clementia: libe
ralitas: indulgentia: affabilitas. Reliquæq; id genus: quæ principes
amabiles efficiunt atq; fauorabiliores: quæ populos reddunt si-

deles:deuotos ac mancipatos Enimuero clementia ut eleganter docet Flauius uopiscus:Dos prima ē īpatorū:& nullum magis ex oībus ut sanctissime inquit Seneca:q̄ regē ac principem decet: hæc est illa uirtus:quā in Cæsare dictatore luculēti scriptores laudant & extollūt:qua principes oēs exuperasse fert. Vn̄ Cicero ad Cesarem:nulla inquit de uirtutibus tuis plurimis:nec gratior: nec admirabilior misericordia est:nihil profecto laudabilius:nihil magno & preclaro uiro dignius placabilitate atq; clementia:nihil deniq; gratius esse pōt eo principe:qui talē se ciuibus exhibeat:quales sibi deos esse uellet. Clementia regis ut ait Solomon:quasi imber serotinus est:Clementia facit ut princeps animus ciuitatis:ciuitas corpus principis esse dicatur. Clemētia facit ut tu clemētissime princeps certatim ameris ab oibus:ut te sit incolumi una mēs oībus:clemētiæ tuæ ac ciuilitatis multa & magna documēta præbuisti. Clemētia ita te gratū ac fauorabilem insubribus reddit: Sicut olim augustū romanis effecit. Tu natura beniuolentissimus:tu indulgentissimus:tu deniq; optimus clemētiā amplecteris:quæ bonis prīcipibus iucūda ē. Crudelitatē detestaris:qua sanguinarii tirāni pro uoluptate fruūtur. Age uero quā munificus:q̄ liberalis erga oē hoīum genus existis. Quāta benificentia:quāta benignitate foues ꝑfessores artiū & ingenia litteratorū:nihil est me hercules in principe amabilius ipsa liberalitate:Sicuti nullū uitiū tetrius auaricia. A liberali principe cūcta bona sperātur. ab auaro cuncta mala timētur:Munificus princeps charus ē oībus:Sordidus & deparcus inuisus est oībus:in oēs malus in se pessimus:At tu liberalissime princeps & rei & famæ bn̄ cōsulis tua munificētia. Lucraris.n. gloriā cū des pecuniā:& dādo pecuniā teipsum ditas:cū id ꝑprie principū eē dicat᷑.q̄d dono dederūt iuxta illū Rabirii poetæ uersiculū. Hoc habeo quodcunq; dedi: Optimi principis est nihil magis suū credere:q̄ id quod amicis condonauit. hæ sunt certe diuitiæ:& extra fortunā collocatæ:hi sunt thesauri:quibus Cyrus il

le clariſſimus gloriabatur. Ná ut apud Xenophonté ſcriptũ ẽ the-
ſauros ſibi cuſtodeſq; fidiſſimos parabat amicos:quos diuites e-
fficiebat:Idem regis oculi:regis aures dicebantur:qui cũcta quæ ui
debant:cuncta quæ.audiebant:quæ futura eſſent Cyro conducibi
lia referebant. Multæ ſunt aures:multi ſunt oculi principis munifi-
ci:qui quot amicos ſibi liberalitate cõparauit:totidẽ auribus:quæ
audienda ſunt:audit: Totidem oculis quæ uidenda ſunt:uidet: ut
docet ueriſſime Dion. Tu quoq; Cyro ſimillimus beneficẽtia mul
tas aures & multos oculos tibi cõparaſti:& quotidie nouos com
paras. Tu amicos ditas:clientibus opitularis. Tu decus & præſidi
um es eruditorũ:ad te tanquá ad anchorá hac tẽpeſtate litterati
decurrũt:& ꝓfecto nihil melius agere pñt optimi principes q̃ ſub
leuare doctos:fouere eruditos:quorũ ſcriptis ímortales efficiun-
tur. Quis.n.noſcet Ceſaré imo Ceſares quáplurimos niſi Suetoni
us Tranquillus extitiſſet? quis Alexádrũ macedonẽ fuiſſe ſciret. ni
ſi.Q.curtius & Plutarcus illius geſta ſcribẽdo poſteris lectitáda
reliquiſſent? qs Scipionẽ ímo uero ſcipiones:quis.C. põpeiũ tri-
bus fulgentẽ triũphis hac tẽpeſtate cognoſceret? niſi Titus Liui-
us &.M.tullius eorũ cõmẽdatores laudatoreſq; fuiſſent? Deniq;
Romanos:græcos & externos oĩs nõne tenebræ occupaſſent: &
ſitus obduxiſſẽt:niſi illos luculẽti ſcriptores in litteras retuliſſent?
bene igitur facis optime princeps:qui litteratos amas:qui eruditis
ſuffragaris:qui tibi cumulatiſſimá gratiá referre queũt:de te ſcribẽ
tes & tua ꝑclara facinora celebrátes. Illud uero in te laudabile eſt:
ꝙ inter tot curas:tot negocia:tot domeſticas & externas rerũ ma
ximarũ occupationes audire uis quotídie quippiá hiſtoricon ac
memorabile. & ſicut.C.Põpeius & Ceſar auguſtus inter bellicos
tumultus nõ ítermiſiſſe dicũtur cõſuetudinẽ declamãdi:ita tu inter
multiplices curas nõ ítermittis ſtudía litterarũ:cũ negociis ociũ di
uidis:& hiſtoricis lectitádis ſucceſſiuas horas ípẽdis:in quorũ le-
ctiõe tanq̃ í diuerſorio ſuauiſſimo cõgeſcis.ita nullo tpe deſidiæ

te dedis aut iertiæ neq; unq̃ marcore torpeſcis. & certe uita bono rum p̃ncipũ: qualis es tu: cæleſti naturæ q̃ſimillima eſſe credit̃. ut n. idefeſſa uertigo cælũ rotat: ut ſol & luna ſtare loco neſciũt: ita tu cótinuatis negociis ſemp irrequietus es & ſemp exercitus. Semper habes quod tractes: quod agas: quod mediteris. Et cũ ſit turpiſſimũ uiro p̃mario: cuius tutelæ populi cõmiſſi ſũt: ſolidã dormire nocté: ut ab homero elegãtiſſime traditum ẽ: Tu uigilãtiſſimus es ſõniq; pciſſimus. Qualis Vticẽſis Cato Qualis Brutus fuiſſe memorãt̃. Vigilias tu de nocte: & ceteris dormiẽtibus: ea quæ ad ſtatũ publicũ ptinẽt tũc optie puides: & ſolertiſſime peſitas. Vigilia & lucubratio p̃ncipes decẽt ac rẽ. pu. gubernãtes. Nã ſomnus multus ut tradit Plato diuinitus: nec corporibus: nec aís. neq; rebus oĩbus gerẽdis natura cõducit: & haud dubie nẽo dũ dormit alicuius pretii eſt: nõ magis: q̃ ſi nõ uiueret: & ut cecinit optie Silius. Turpe duci totam ſomno conſumere noctem.

Inde parcus & breuis ſõnus i Traiano laudat̃ a Plinio. Sunt hæc magna & admiranda in cæteris p̃ncipibus. In te uero illuſtriſſime p̃nceps: Si cæteris uirtutibus tuis cõpẽtur: erũt mediocria: Laudamus omnes tnam in colloquiis affabilitatem: in oĩbus admittendis facilitatem. In negociis componendis dexteritatem. Et illam q̃ in primis polles genuinam peculiaremq; facundiam: quæ omnia principes tutoreſq; publici ſtatus: a ciuibus amari faciunt ultra priuatas neceſſitudines. Laudat Cicero Pompeium: ꝙ ad eum faciles aditus eſſẽt ẽt priuatorũ. Tu uero quibus præconiis laudari mereris mitiſſime princeps: qui oĩbus ẽt hũillimis tã faciles aditus eẽ uis: ut qui dignitate principibus excellis. facilitate ĩfimis par eẽ uidearis: Et cũ fœlicium pediſſequa ſupbia eſſe dicat̃: Tibi mãſuetudo. tibi humãitas. tibi lenitas ancillari uidentur. Neq; te Moſes apud hebreos: neq; te Titus apud Ro. cõitate uincũt ac mãſuetudie. tu cũctos comiter excipis. Tu bonitate quadam genuina oẽs tibi deuotiſſimos reddis ac obnoxios: in ſũma agis principẽ ciui-

lem & bonum.quod plausibile:quod amabile:quod fauorabile est.nihil est enim(ut inquit Cicero:tā populare:q̄ bonitas: nullus murus firmior:nulla arx ualidior eē pōt ad principes custodiendos:q̄ suorū ciuiū beniuolētia:hæc autē cōciliatur māsuetudīe ac bonitate.Detestāda est profecto Dionysii tyranni sentētia illa tyrānica adamātia uincula esse metum uiolentiam: Classem & dena milia armatorū.immo beniuolētia:māsuetudo:gratia: affabilitas ut Plutarcus ait:uincula sunt adamantina:quibus principē oportet esse septum atq; stipatum:& cum bonus.princeps amari mallit q̄ timeri:Tu pro uirili parte cōtēdis ac eniteris:ut amicis sis iucundus:ciuibus charus:apud oēs gratiosus & amabilis. Neq; tamen quod plerūq; fieri solet lsta tua īmodica ciuilitas te contēptibilē facit:imo tāta autoritate polles:tanta existimatione decoraris: ut multa per te:nihil sine te in tota geratur italia.Longum eēt ac prope infinitum:si singula quæ in te fulgent ornamēta uirtutū minutatim singillatimq; recensere uellemus.Magna inter te & reliquos principes differētia ē.in illis uirtutes:siquæ sunt:enormibus subinde uitiis obruuntur ac decolorantur.Tu uero quēadmodum fecundus es uirtutum:ita parcus es uitiorū.Nō tu luxu ac intēperātia defluis.non iracundia agitaris:nō cupiditatibus distraheris:nō affectionibus ancillaris:quibus rebus obnoxii ac mancipati principes eē cōsueuerūt:propterea q̄ in licentia magna peccandi constituti seipsos cohibere non possunt: & imperiosissimas appetitiones cohercere.Vnde olim a scurra nescio quo benedictum ē bonos principes in annulo posse perscribi atq; depingi.Et Diocltianum dictitare solitū accepimus:nihil esse difficilius q̄ bene imperare:boni principes a Ioue imperiū habere dicuntur:mali uero minime.principes boni in beniuolentia Iouis sunt:mali uero nequaquam:& hæc ē homerica sententia.Cui dion prusensis astipulatur:itaq; cū tu Ludouice Sphortia inter bonos principes sis optimus:inter optimos clarissimus:Merito te a deo ultramūda-

no datum est credimus:& tibi uersiculum illum optime conueni re existimamus.
Solus habes laudum quicquid possedimus omnes.
Ea in te habundant bonitatis & uirtutis exempla: Quæ sequi cu piat uentura posteritas:apparet in te paternæ uirtutis expressa ue stigia:patrem in filio recognoscimus:& quêadmodum in iuuēcis & equis genitorum uirtus subinde conspicitur. ita in Ludouico Sphortia uiua paternæ probitatis imago refulget.ita prorsus pa ternas uirtutes effingit ac representat:ut patris in filio æquitas:Se nilis in iuuene prudentia conspiciatur:imo ut quæ sentio eloquar filius in multis genitore maior existit:
Egea sic theseus:sic pelea uicit achilles:
Has tetas principis nostri uirtutes: ex quibus compactus ac cou glutinatus esse creditur: ornat & illustrat procera statura:faci es luculenta:os probum:frons uerenda: & uultus amabilis:quæ &si sunt corporis bona non animi:de quibus tantūmodo me di cturum esse promisi:tamen principi plurimum uenerationis acqui rere:& uirtutes in principe gratiores efficere uidentur:quoniá ut inquit pacatus uirtuti addit forma suffragium.Et ut cecinit poeta.
Gratior est pulchro ueniens in corpore uirtus.
Solent.qui.panegyricos scribunt destituti ueris principum laudi bus uanas laudationes cōminisci:Ego uero illustrissime princeps ex tuis quáplurimis uirtutibus multas cogor preterire:ne in immē sum crescat oratio:Citius enim mihi uerba deessent: q̃ scribendi materia:Citius articuli digitorum scribendo lassescerent:quá cun cta in te laudabilia perscribere possem:Quo circa concludam de inceps orationē meam:Et epilogo religioso omnipotētissimū re rum omnium conditorem deum deprecabundus adorabo.Sum me & exuperantissime mundi opifex principio antiquior:fine diu turnior:Cuius numen ineffabile est:& maiestas innominabilis:Te oro ac precor:ut Ludouicum sphortiam principem optimū ac ir

reprehensibilem diutissime foueas ac tuearis: ut ei annos nestoreos largiaris: ut eius uotis annuas: ut eum beneficiis tuis cumules: ornes: illustres: Tu uero optime princeps perge quo cœpisti nitere semper ad optima. Esto tibi ipse archetypon & exemplar: Teipsum imitare: ita ciues tuos ex malis bonos: ex bonis optimos efficies. Nam uita principum cēsura est: & qualis princeps: tales reliqui ciues esse solent: qui ad illius exemplum componūtur: ita apud mortales immortalem tibi famam cōparabis: & post obitum in cœlo inter beatorum domicilia locum sortieris: Vbi beatissimus æuo sempiterno perfruaris.

Ad eundem eiusdem epigramma.

Hesperios inter ductores Inclite princeps:
 Principe quo status hic sospite: sospes erit:
Imperii columen rerum tutela salusq;
 Ezimia proauos qui probitate refers.
Suscipe pacata deuotum fronte clientem:
 Mancipiumq; recens: seruitiumq; foue.
Sunt tibi complures ex omni parte diserti
 Est tibi pierius turba uerenda chorus
Inter quos cupio numerari maxime princeps
 Inter quos unum da mihi queso locum
Non erimus certe indecores: nec rustica nostra est
 Calliope: & nobis dexter apollo fauet.
Accipe sinceri munuscula parua philippi.
 Inspice si quid inest: quod placuisse queat.
Post lites & post decisa negocia rerum
 Post bene formatum compositumq; statum:
Tunc liber uacuusq; meum percurre libellum.
 Atq; hilari nugas perlege fronte meas.

Sexquihoram scriptis nostris impende: Sed hora
Sufficit hoc nimium est: subtrahe dimidium:
Vix legere incipies succinti scripta libelli
Pagina principium prima modumq; dabit.
Iamq; uale: uiuasq; diu mitissime princeps
Et superes phrygios nestoresq; dies.
Dii tibi dent quodcũq; cupis quodcũq; mereris:
Dii mihi dent cupias ut meminisse mei.

Ad Magnificũ & ornatissimũ uirũ Bartholomeũ chalchũ Ducalé secretariũ Philippi Beroaldi Bononiensis epistola.



Pusculum de nuptiis Bentiuolorum: quod nuper excudi tibi Vir prestantissime dicare constitui: quem non solum studiorum sed etiam studiosorum amãtissimum cognoui: qui me istic ociantem sũma tibi beninolentia copulasti: ad quem tamq̃ ad anchoram litterati decurrunt: & quia ut est ĩ ueteri prouerbio docti doctos amãt tu eruditus eruditos foues & de litteratis litteratus optime mereris: Te ob singulares tuas uirtutes Illustrissimi principes tui auricularium a secretis & omnium archanorum participẽ esse uoluerunt. Te ordini scribarum ornatissimo præfecerunt: Tu Archigrammateus nuncuparis. Accipe igitur uir clarissime eo uultu libellum nuptialem quo nuptiales uoluptates spectare solemus: & si scio quosdam obtrectatores caperata fronte hæc esse lecturos: qbus nihil placet nisi triuiale: quibus ita respõdere iure optimo possum. Significatissimis uocabulis cũcta pro uirili parte enarrare contendimus & uerba rebus accõmodare: quæ rerum causa inuẽta fuerunt: quæ si uobis subobscura uidẽtur non est hæc mea sed uestra culpa: qui nihil unq̃ luculentum nihil nisi protritum lectitatis: qui duobus tribusue ad summum libellis contenti reliquos scriptores non attingitis & nihil latinũ esse creditis nisi quod in uestris uulgatissimis uoluminibus didicistis. At nos latine scribimus & uerba ex latinissimis scriptoribus sũ

pta depromimus. Nolite edentuli inuidere dentatis: nolito oculatos talpæ contemnere: q̄ cecus lucem non uidet non est uitium solis sed oculorum: q̄ uos scripta nostra nō itelligitis & ob id ipsum culpatis non est scriptoris uitium sed lectoris: Neq; nos tarētinis & consentinis scribimus ut ait lucillius sed eruditis: quorum iudicio contentus quid de me imperitorum rumusculi iactitent floccipendo: & ut inquit epigrammaticus Poeta me raris iuuat auribus placere. me scriptio non triuialis sed erudita delectat: quæ neq; p periodos neq; p lōgos uerborū ambitus sed uerbis significantibus & propriis cuncta exprimat ac effingat: Hæc obiter dicta sint aduersus uituperatores qui obtrectatione alienæ scientiæ sibi famam aucupantur: Tu uero uir prestantissime cum facultas tibi dabitur paulum respirandi ab occupatiōibus quibus iugiter distine is: libellum a philippo tuo concinnatum in manum summito: & ubi sumpseris perlegito: & ubi perlegeris iudicato utrum in publicū prodire mereat̄ an potius quod timeo sit futurus pabulū tinearū. Vale decus meū & me q tibi mācipatus sū mutuo dilige.

Quod celebrata fuit genialis pompa diebus
Per totidem scripta est hæc mihi pompa dies.

Philippi Beroaldi Bononiensis nuptiæ Bentiuolorum.

GEntem Bentiuolorum multos iam annos Bononie florentissimam honoratissimamq; fuisse adeo notum ē ut res probatione non egeat. in qua multi insignes clariq; homines extiterunt: quorum multa egregia merita in rem publicā bononiensem quotidie commorātur: sed omnium clarissimus etatis nostæ uir extat Iohanes bētiuolus: familiæ illustrator: patriæ splendor: ciuium columen domi forisq; fauorabilis: cunctis Italiæ principibus aut amicicia aut affinitate copulatus: in quo deniq; omnia sunt quæ aut fortuna hominibus aut natura largiuntur. Is nuptias fili primogeniti Hanibalis celebraturus: ut essent omniū nuptiarum Magnificentissime: eas per estiuum tempus utpote cō-

modius conficere decreuerat. sed Hærcules estensis Ferrariæ Dux illustrissimus cum filiam Lucretiam Hannibali desponsatam iam nubilem ac uiro maturam esse uideret cunq; peregrinationem Religiosam extra Italiam pararet ut nuptiæ maturarentur instabat & omnem procrastinationem detrimentosam esse asseuerabat. Quãobrem Princeps Bentiuolus consilium mutat ex consoceri sententia nuptialem festiuitatem diebus brumalibus parat q̃uis nõ pauca dehortarentur: Et in primis festinatio magnis apparatibus semper infensa. uerum multa quæ impedita natura sunt consilio expediuntur: & summæ uirtuti summæq; fortunæ nihil factu difficile est. gitur indicto per preconem pulicitus die nuptiarum qui dies erat futurus ad quintum Cal. februarii ea Bentiuolus intra bimestre spacium factitauit: quæ princeps alius annuo tempore facere nequiuisset. Quæ omnia speciatim generatimq; explicare pro uirili parte conabimur. primum omium forum quod ante Bentiuolorum edes erat per quã angustrum ut laxius fieret: proximas domos. a possessoribus emit emptasq; demolitur: idq; spaciis temporum iniquis exclusus cum, silice sternere posset asseribus contabulat. iubet & operimentum laneum per sarcinatores concinari ad forum contegendum: ut sub eo nuptiales luxus spectatores salubrius ociosiusq; cõtẽplarentur. Idem domum quæ alioquin pulcherrima est & cum laudatissimis totius italiæ domibus certat magnifice exornat. parietes omnes intrinsecus inducto rectorio nouo leuigantur: columnæ quæ in peristylo striatæ sunt marmoreis simillimæ efficiũtur fenestræ mutuli superliminariaq; hostiorũ tota inaurantur: Quæ imperfecta sunt absoluũtur: Squalentia reconcinantur: ubiq; pictor ubiq; materiarius ubiq; architectus conspiciuntur. feruet per totas Bentiuolorum ædes apparatus nuptialis conclauia omnia atq; cubicula tapetibus stragulaq; ueste consternuntur. ornatur & lectus genialis in thalamo sponsi magnificentissime. Dii boni qualis ille q̃q; præclarus apparatus quo exorna-

tum est cubiculum principi feraríensi destinatum: Hic conopea au rea lodices Regales conchiliata peristromata uisentium oculos pascebant gratissimo spectaculo. ipsum uero Triclininm in quo fieri debebat nuptiale conuiuiũ reliqua antecellit ornamẽta: hic toti parietes belluatis parapetasmatibus uestiuntur. supra peripe- tasmata coronamenta miro artificio concinata disponuntur: in q bus Insignia Italicorum principum summo cum decore inclusa ui sebantur. In eodem cenaculo tabulatum fit paulum acliue tapeti- bus stratis opertum: ubi Principes proceresq; illustriores una cum sponsa discumberent. erigitur & abacus in quo uasa aurea & argẽ tea uarii generis preciosissima exponũtur: hic potoria gemmata: hic lances ex argento quinquagenarie: hic escaria ex auro cum em blematis faberrime celata. hic quicquid uascularíorum ac celato- rum probatissimorum arte perfectum est esse diceres: adeo ut mẽ toris manu cuncta fabrefacta uiderentur. huic abaco appositi e- rant custodes duo ad hominum effigiem formati: alter claua al- ter falcato ense propinquantibus minitabantur: hunc mache ro- forum illum corynephorum non indocte nuncnpaueris. fulgore huius abaci reliquus perstringebatur ornatus: quẽ ornamenti cau sa magis q̃ usus effecerant: namq; in alia domus parte alter erat Abacus concinnatus in quo conuiualia uasa innumera erãt collo cata: quorum usus erat furus ad coepulones accipiendos. Dum hæc intra edes strenue properantur forinsecus non minora effi- ciuntur. nam a domo principis Bentiuoli ad portam usq; galeriã quã uocãt: qꝑ illac uentura erat sponsa: multiplici otnamentorum genere cuncta cõdecorantur: Domus senio collabentes refficiun- tur: parietes ad libellam reformãtur. columnæ lapideæ ad perpen diculum exiguntur: Ciues ipsi per eum uicum certatim ornamenta parare. Sub dio sub porticibus per intercolumnía coronas ex her bis uirentibus consertas suspendere: uestibula edium myrto lau- ro hederaq; uestire: Multa topiarii operis egregia coronamen-

ta conficere:in quibus insignia Bentiuolorum inclusa cum uenu-
state uisebantur.diceres hostiatim celebrari nuptialé festiuitatem.
Deniq; in hac ciuitatis regione non brumalis rigor sed uerna tem
peries uideri:hic buxus:hic iunipus uirescere: hic multiiuga speci
es herbescentis uiriditatis. Totũ iter florulentũ ad uiridarii consi
ti speciem gratiam uiroris recentissimi pre se ferebat:ut nó solum
peregrini sed etiam nostrates admirarentur contemplantes tantã
alieno tépore copiam uiridiorum. Preterea Bentiuolus machina-
tores optimos & topiarios artifices probatissimos acciri iubet:
qui solertia quadam genuina miroq; artificio prediti noui gene-
ris ornamenta excogitarunt:ex quibus unus nomine zephiranus:
qui nó minus facetus est scurra quá artifex ingeniosus:septé por-
tas ligneas affabre confecit:quæ picturate & fructibus herbisq; ui
ridantibus decorate exornabát uiam nuptialem interuallis prope
paribus inter se distantes ad imaginẽ portarũ urbicarum: nisi qđ
cataractas non habebant:sed illa quæ edibus bentiuolis erat ꝓ
xima reliquas decore uincebat:in qua simulachrũ herculis cũ leo
ne congredientis uisebatur aspectu truci formidandi.uisebatur &
e regione altera herculis effigies repullescentia hydre capita am-
putantis. Ceterum cum nihil in omni uita pulchrius sit ordine si-
ne quo nec militarem disciplinam imperatores ualent explicare:
nec gubernatores regere nauigia:Bentiuolus ut omnia sint dispo
sitissima procurat.nam homines idoneos delegit:inter quos dis-
partita sint officia nuptialia ne quid tumultuosæ ꝑturbatiõis oria
tur.hunc lectisterniatorem esse iubet:illum obsonatorem:hũc pre
fectum popinarum:illum bellariorum,alius promus.alius condus
designatur:est qui procurator peni cõstituatur:est qui cellæ uina-
riæ preficiatur:ita unusquisq; curando quod suum est aliena non
turbat.in primis iuuenes numero sex &.xx. ex nobilioribus di-
tioribusq; nostræ ciuitatis deliguntur : qui sint Architriclini si-
ue archiposias dicere malis : quos uulgus sescalcos appellat. Vté

dum est enim popularibus uerbis ad rem popularem declarandá ex his singuli senos ministros eligere iubētur:quorum opa naua & strenua in cōuiuiis nuptialibus utantur.ex hoc architriclinorū ordine nullus fuit qui non impendia prope regalia fecerit & immensas pecuniarum summas profuderit:dum se quisq; suosq; ministros nuptialibus uestimentis exornat.designantur & sex alii architriclini maiores qui dicuntur omnes fere ex ordine senatorio: preterea adolescentuli octo luculēti summoq; genere nati euocátur:quibus iniunctum est:ut spósam introeūtem a porta domum usq; deducant iustar stipatorum:quos prisci latrones nūcuparūt. Et quoniam aduenarum ad nuptias celebrandas uenturorum innumera multitudo expectabatur:ordinat Bentiuolus ut oēs honorificentissime Commodissimeq;.accipiantur. n domibus ciuium ornatioribus hospitia magnificentissime parātur: & pro diuersorii amplitudine alii plures alii pauciores assignantur. Iam cuncta apparatus nuptialis diligentissime comparauerat.Iam appetebat condictus dies festiuitatis:Cum sponsus(ad coniugale fedus cum sponsa ineundum ferrariam proficiscitur comitatu ꝑpe regio decoratus.ducenti ferme euntem ꝑsequuntur inter quos supra uiginti haud dubie nobilissimi & ipsius sponsi frater minor natu ꝑthonotarius.nos quoq; discipulum officii causa sumus ꝑsequuti:oēs magnificentissime accipimur a principe ferrariensi : ibiq; biduum commoramur donec celebrentur ex ritu fædera nuptialia:& anulo pronubo digitum sponse spósus oppigneret:amboq; sacerdoti a paranymphis offerātur.quibus rite pactis domuicionē capessimus aliquot ex primioribus cum prothonotario relictis ad spōsam prosequendam Cum genero socer auliciq; interiores nauem conscendunt nocteq; intempesta appellunt ad pretorium Bentiuolnm quod uocant:quod magnificentissimum pulcherrimumq; in agro bononiensi princeps Bentiuolus extruxit:distatq; ab urbe millibus passuum decem.Postridie eius diei bononiam ingre-

dienti Herculi hestensi obuiam it Bentiuolus comitante maxima caterua Virorum splendidissimorum non solum nostratium sed ēt externorum: qui iam cōuenerant: ad officiū nuptiale. Illuxit demum dies nuptiis destinatus: qui imbribus fedus omnes & potissimum Bentiuolum dolore cōfecit secum reputantem: q̄tos rerū apparatus q̄tamq; nuptialem pompam esset imber ille perturbaturus. Omnes deprecabūdi deum omnipotentissimum orare ut tantisper pluuia cohiberet donec itroitus spōsæ i urbem pōpaticus perageretur. Verum inexorabile est fatum & inuidēti fortunæ Repugnare non licuit nolenti ut ex omni parte beatas nuptias uideremus & lætissima uoluptate permulceremur. Iam aderat hora cōdicta qua obuiam cuncti prodire cœperunt sponsæ uenieti ex pretorio bentiuolo: ubi noctem unam commorata festinabūda peruenerat ad uillam suburbanam: ibiq; substiterat obuios aduentantes operiens. Omnis ætas sexus ordo uiam galeriam agminatim compleuerant studio uisendi exoptatissimam sponsam sponsæq; apparatum. Vix locus q̄uis latus & longus capax erat tantæ multitudinis cateruatim confluentis. ciuitas omnis peregrini omnes mira densitate cuncta stipauerant. multi columnis implexi non pauci e fenestris semi conspicui pleriq; sub dio inter imbres prospectabant: tanta est mortalibus insita cupiditas nouitatis. Gliscente in horas pluuia nullamq; pausam faciente: Bentiuolus hanc sibi curam sumit ut cuncti ordine & sine tumultu pōpabiliter incedāt Longum esset referre sigillatim quo ordine principes oratoresq; principum incesserint: summatim exponam illustriora ac splendidiora. Principes italici partim ipsi uenerant: partim uicarios miserant ad nuptias illustrādas: qui omnes i suis quisq; ordinibus collocati ingrediebantur. Inter eundem inspectione digni potissimū fuere equestres lanceari. Principis mantuani: qui turcharum habitu ingredientes ritu militari lanceas manu reciprocabant: tales macedonum hastatos fuisse crediderim quos sarissophoros appelli

tabant.hos uulgus corrupto paulũ uocabulo ſtradioticos appel
lat cum ſtratioticos græcaica dictione nuncupare debuiſſet. hos
ſubſequebantur hipotoxotæ.qui ſũt ex equis ſagitarii induti pra
ſinos amictus: Ar chitriclini architiclinorũq; pediſequi ordine in-
ceſſerunt. Vidimus hac põpa nymphas ritu amazonio obequitan
tes: quæ ſublimatæ in equo non ſedebant ſed ſtabant. Vidimus
Gigantem ſtaturoſam obambulãtem: quam ars emula naturæ ſi-
millimam uere effigiauit. Vidimus gralatorem in longuriis paſſus
grandiſſimos diuaricantem. Audiuimus ſonitum tintinabulorum
crepitum ſclopũq; tormẽtorũ bellicorũ: qbus cuncta perſonabãt.
Preterea ibat ordo tibicinũ tubicinũq; po puloſus adeo ut clãgo
re tubarũ ac ſtridore lituorũ celũ reboaret, aureſq; audiẽtiũ obſur
deſcerent. Poſt longum pompæ ordinem incedit nouiſſimo loco
Noua nupta ſedens in equo candidiſſimo atq; pulcherrimo: qui
ephippiis aureis præfulgẽs phaleriſq; ꝑcioſis ornatus tolluti gra
diebat᷑: quales priſci tollutarios Aſturcones mannoſq; uocitarũt.
hunc gradarium equũ ſponſæ adduxerant octo illi adoleſcentuli
qui munia obibant ſtipatorum: qui ueſtes breuiores induti argẽ-
to textili confectas per hymbrẽ lutumq; ſponſam cõſtipabant: ex
quibus aliquot uniones gemmaſq; in calciamentis geſtare cõſpexi
mus. Cantata ſunt carmina ſponſa trãſeunte partim latino partim
uernaculo ſermone compoſita in ſingulis illis ſeptem portis: quas
temporarias ex ligno frondibuſq; uirentibus a zephirano ſcurra
fabricatas ſupra docuimus: que ſingulæ ſub tutela uirtutum ſingu
larum erant conſecratæ: ex quibus quattuor philoſophicas tres
theologicas appellant. Conſtat inter omnes ſpectatores nihil fie
ri potuiſſe ſplendidius hac pompa nuptiali: niſi pluuia continens
ac iugis obſtitiſſet: quæ effecit ut nemo ueſtes precioſas oſtẽtaret
ut omnes incederent penulati pileatiq;. Rimata eſt hoc inuidia te
lum quo nuptias diſturbaret. nam ꝑdius & ꝑnox hymber diem ẽt
poſterum ex magna parte fædauit: quæ res impedimẽto fuit quo

minus ſponſa ex conſtituto edem diui Petronii pompabiliter adi
ret:quem Bononiẽſes deum tutelarẽ uenerantur.Ceterum nõ ſem
per habet fortuna longas manus & interdum aduerſa ratione ſu
perantur:nam princeps Bentiuolus ut ſemper eſt præſentiſſimo
conſilio uiam inuenit:qua intra priuatos parietes oſtentaret prin
cip ibus cũctiſq; proceribus magnificentiam apparatus nuptialis
Cõgregatis i cœnaculo omnibus illuſtrioribus ex thalamo genia
li ſponſa progreditur uentura in cetum principum auguſtiſſimũ
antecedentibus miniſtris architiclinorum numero centum.lvi.qui
omnes ſericati formoſum exhibuere ſpectaculum: alii purpureo:
alii hiacyntino:alii praſiuo colore monſtrabiles : quorum erant
calciamenta conſimilia utpote conſuta ad inſignia beniuolorum:
Sed longe formoſiſſimum ſpectaculũ prebuere ipſi architriclini
togas ex argẽto textili talares induti exceptis duobus.qui ꝙ erãt
equeſtri dignitate decorati aurea ueſtimenta geſtabant:hiq; in no
uiſſimo loco utpote honoratiores agmen cludebant.in ſingulo-
rum manibus ſcipiones erant picturati peculiaria ipſius architicli
uiatus inſignia.Ex his cõplures torquati ſunt cõſpecti torquibus
aureis in ſummo pectore fulgentibus. oẽs ſtupere:oẽs admirati
tantũ rerum fulgorem:tãtas impenſas quibus regia uectigalia uix
ſufficere poſſent.idem omnibus ornatus :idem ueſtimenti genus
oẽs principatu digni uideri:oẽs inceſſu maieſtatẽ quãdam præ ſe
ferre.Et profecto cultus magnificus addit hominibus auctorita-
tẽ.Subſequebãtur reliqui ſex maiores architriclini uirgas auratas
manu ferentes.quorum tres in ueſtimentis aureis præfulgebant:
duo concinati:Sextus in argentea ueſte ſplendeſcens.Deinde in-
cedit ſponſa inceſſu matronali mundo nuptiali decenter ornata
quã oẽs fere noſtræ ciuitatis primariæ matronæ comitabãtur nõ
ſolum formoſitate conſpicuæ ſed & u eſtimentis radiantibus mo
nilibuſq; gemmoſis condecoratæ:& medis fidius cultus formam
maximopere uenuſtat.Ibi princeps ferrarienſis natam oſculabun

dus amplectitur:ibi ex ritu christianorum cælebrantur diuina my-
ſteria:epiſcopuſq; urbinas a pontifice maximo deſtinatus.Diplo-
ma pontificale palam recitat:Quo nouis maritis cōnubiū fortu-
natum auctoritate qua pollet in terris ampliſſima denunciat.Iam
dies ut inquit Plautus ad umbilicum erat dimidiatus mortuus: iā
prandendi tempus inſtabat.repente oēs ſe accingere & ſua quiſq;
munia diligenter obire.Lectiſternatores menſas apponere:oēs ex
ordine accubare.principes una cū ſponſa in tribunali celſiores emi
nere.Optabat Princeps Bentiuolus & eſſe & dici conuiuator ab-
ſolutiſſimus:cupiebatq; iſtud nuptiale conuiuiū ſi fieri poſſet eſſe
poſteris exemplū:itaq; cum ſciret in rebus omnibus domini pluri
mū pollere præſentiā:& frontem occipitio ut ueteri adagio teſta-
tum eſt eſſe priorem:inſtituit nō ſolum intereſſē ſed etiam preeſſe
pompæ conuiuali. Singulis menſis binos architriclinos aſſignat
eoſq; bifariam diuidit:ut alteris dapes integras inferentibus alte-
ris efferant iam ſemeſas:alteris ſcandentibus deſcendāt alteri:uiciſ
ſimq; laborent & quieſcant.Ex hoc ordine effectū eſt ut præter
luxum atq; opulentiam eſſet ordinatiſſimū compoſitiſſimūq; cō
uiuium.Bentiuolus ipſe diſcurſare:ſatagere rebus oībus preſto eſ
ſe:ipſe iubere oēs iuſſa obedienter exequi.adeo reuerentia rebus
obeundis efficax eſt:Dantur manibus aquæ odoratiſſimæ ex aq-
minariis argenteis:quæ gutturnia alio noīe guttiq; dicuntur:inſe-
runtur ex ſaccaro nucleiſq; pigneis concinata cibaria:inferuntur &
panes dulciarii ſimulq; uinum generoriſſimū:quod priſci paſſum
ut opinor neoterici maluaticum appellant:cui tāta autoritas ineſt
ut ſingulæ ex eo potiones tantūmodo dentur.In cæſaris dictato-
ris æpulo quatuor uini genera oppoſita conſtat : idq; pro lautiſ
ſimo celebratur:at in hoc innumera exhibita fuerunt dulce:auſte-
rum:tenue firmum.Alius conuiua meracas potiones hauriebat ali
us dilutas.hunc ſuauia illū ſubauſtera delectant:pocillatores pre-
ſto ſunt ut Cyatiſſent epulonibus prout ſingulorū ſtomachus &

gustus exposcit. Primis ferculis duobus aut ad summū tribus exē
pta est fames esurientium. Reliqua magnificentie causa sunt illata
in quibus hoc seruatū est ut altilia in singulis fere missibus mensæ
principū uiuentia importarentur: uidimus porcellos grunientes. ca
preolos per tricliniū cursitantes: histrices aculeos subrigentes: uidi
mus pastillos quos uocant auiculas coquinatoria disciplina in cō
uiuio emittentes: quæ per cenationē uolitantes effugium querita
bant. Vidimus inferri pauones flāmiuomos plumis uersicolori
bus uestitos oculosq; gemmatis caudæ rotantes. illati sunt & pha
sani cū pennis: cuniculi: lepusculiq; cū pellibus: quæ oīa oblectamē
to fuere pransoribus. illata sunt & secūdæ mēsæ bellaria: ex saccaro
poma nucesq; oīs generis tanta arte confectæ ut a ueris fructibus
non internoscerentur. Quid testuacea scitissimi saporis: quid mel
litissimas ex saccaro placentas? Quid tuceta preciosa qd assaturas
quid cōdituras exoticas enumerem? Quid tragemata cenā ex mo
re cludentia? quæ sermone uernaculo confectiones nuncupātur:
Missi ferculorum circiter triginta fuerunt. Conuiuæ ferme centeni
quinquageni discubuerunt. Structores adhibiti scientissimi obso
niorū scindēdorum in frusta non enormia. Quis tantus ingenio:
quis tanta facundia preditus ut uerbis idoneis posset multiiugū
minuatim explicare conuiuiū: Legimus in heliogabali cōuiuiis ex
hibita fuisse supra. xx. fercula ingentium epularum. Legimus Anto
nii & cleopatre cenas fuisse lautissimas: quas imitabiles ipsi nomi
nabant. Legimus luxuriosissimas uitelli patinas Veri imperatoris
conuiuium preciosissimum: luxum Luculi nepotalem: saliorum da
pes: pontificum cænas. Legimus & illas apud priscos fuisse epula
res cenas quas luculenti scriptores modo adiiciales: modo dubias
modo pollucibiles appellant: Quæ omnia epulum istud bentiuo
lorum nuptiale aut equat aut antecedit: in quo omnia in argento
puro edulia illata fuerunt: quod protractum est ab hora diei. xx.
in horam noctis tertiam: & cū de die epulari cepissent noctu ele

ctis triclinaribus surrexerũt: omnes fere poti distenti oscitantes si millimiq; hallucinantibus. ipsius conuiuii magna pars ad funalia lychnosq; pensiles acta. Sub crepusculum uespertinũ Cerei ex alba cera utpote preciosiore confecti accenduntur: quorum tanta erat uis & copia ut nocturnas tenebras flammis exuperarẽt. Duo præterea candelabra ingentis magnitudinis deargentata ex laquearibus auratis demissa pendebant simillima lucernis priscorum quas polimyxos uocitarũt. in his lilia & flores artificio machanico concinati uisebantur qualia ornamenta fuisse legimus in candelabris Salomonicis. Erat prĉterea ignis intra candelabra furtim inclusus qui quasi in radio discurrens horastata lampades & cereos infixos accendit. omnes mirabundi suspicere tam nobile cõmentum: laudare tam fallaciosam machinationem: contemplari tam errabũdum igniculum: In cauo edium ipsoq; uestibulo nocturni luminis instrumenta globis piceis referta collucebant: Cunctaq; illuminabant. Finito conuiuio remotisq; mensis pauimenta uerruntur scopis deauratis. Sunt hæc friuola nec inficior: sed curiositas nihil recusat: & ex friuolis plerũq; grauiora pensitamus. Deinde saltationes choreæq; matronales exhibentur. Saltauit & ethrusa puella exosam saltationem cum omnium qui aderant admiratione. mox spelunca fictitia instar natiuæ siluosæq; speluncæ una cum monte ligneo repsit intra triclinium. repsit & castelli simulachrum una cum turri: nemine qui gestaret apparente. Intelleximus tunc illud epigrammatici poetæ carmen quod prius subobscurum nobis legentibus erat. Repserunt scopuli mirandaq; silua cucurrit. ex his omnibus paulatim nimphæ progrediuntur ad effigiem dearum reformatæ. Credidimus hoc. paridis esse iudicium de tribus deabus: quoniam Iuno & Venus affuerunt. Sed loco Mineruæ aderat Diana cum nymphis: quæ saltare fabulam cœperunt in qua nympharum una tanquam transfuga ex castris Dianæ celebis in castra Iunonis: quæ coniugalibus uiuculis presidet transmigrauit.

Canticum cecinerunt pueri ſymphoniaci uoce canora cõcinentes
ad quorũ rithmos nymphæ corpus mouebant dantes ſtaticulos
ſaltatorios. Magna deniq; parte noctis trãſacta inter ludos conui
uales cuncti cubitum faceſſunt. poſtridie eius diei apperitur celũ
ſerenũ ac ſudum & ſol radioſus exoritur cũcta colluſtrans: Quo
circa deſtinat princeps Bentiuolus ut ſponſã ordine pompatico
ad templũ diui Petrõii religioſũ proficiſcatur id quod pridie fa
cere nequiuerant. Conueniunt eueſtigio matronæ omnes. congre
gatur omnis ordo noſtratium: preſto ſunt architiclini ueſtium ar
gentearum fulgore conſpicui cum populoſa miniſtrorũ familia:
adſunt principes ac ꝓceres omnes in aula bentiuola congregati:
Incipiunt bini terniq; ꝓcedere gradu lento atq; pompatico: ibant
ſinguli hoſpites ſingulis ciuibus copulati. hac pompa nihil pom
pabilius: hoc ſpectaculo nihil ſpecioſius excogitari poſſe conten
derim. Via tota fulgebat ordine incedentium luminoſo: qui aut
coccinati aut argentati aut aurati in inceſſu uidebantur. nullus ſi-
ne oloſecrica ueſte in ea pompa cõſpectus. Nam Bononienſes &
ſi ſemper alias ueſtitu cultuq; elegantiſſimo fuere: attamen id tem
poris omnes ut nuptias exornarent ueſtimenta ſerica ac bombici
na pro facultatibus confecerãt. Tanta autem fuit pompe inceden
tis multitudo ut primi iam in foro uiſerentur quando nouiſſimi
ex palatio bentiuolorum uix dum egrediebantur: Res erat nõ mi
nus memoratu digna q̃ admiratione contemplari tot clariſſimos
ꝓceres: tot illuſtriſſimos principes: tot ſũmates matrõas coco ar
gento auroq; fulgentes: qui ad deum ſalutandum ſimul incede-
bant. Quicquid uſq̃ ſpecioſi eſt hic eſſe uidebatur. Edes eſt Di-
ui Petronii in foro bononienſi ampliſſima: que & ſi latericia eſt:
tamen propter uenuſtatem atq; ſimetriam marmoreis templis eſt
æquiparanda: Salutatis ex ritu chriſtianorũ religioſiſſime numini
bus Myſticiſq; canticis peractis eodem quo uenerant ordine ad
edes bentiuolas reueniũt. ibi repotia ex more uetuſtiſſimo reparã

tur:prandioq; lautissimo principes proceresq; cum matronis acci piũtur. Post prãdiũ data sunt oculorũ uaria oblectamẽta: editum est & simulachrum pugne gladiatoriæ. Nãq; in foro bẽtiuolo qđ asseribus pauimentatũ esse docuimus Adolescentuli nostrates ad quinquaginta edocti a magistro armorum peritissimo: quales apud Romanos fuere lanistæ: digladiari inter se ceperunt & nunc pũctim: nunc cesim ictus inferre: nunc illatos oculis uigilantibus euitare: modo assultibus uariis aduersarios premere: modo pressi retrocedere: deniq; omnes armorum tractandorum numeros implere. formosum sane bellicũq; spectaculum: in quo manica ferrea in medio digladiantium collocata & circum eam atrox certamen inter omnes exortũ: dum singuli pro uiribus corripere cõtẽdũt: uictor ludicri certaminis pronunciatus Nicolaus cognomẽto bazanus qui primus manicam sustulit. Sub eodem papilione quo forum bentiuolum tegebatur ludus pilaris celebratus non sine maxima spectatorum uoluptate. destinati erant ad pilæ lusionem. hinc inde quinquageni iuuenes lacertosi ualẽtissimiq; alteri amictu prasino conspicui alteri hiacyntino: ita enim colores appello quos semidoctum uulgus uiridem cælestemq; nuncupare consueuit. Alteri fortunam ducem sequntur. alteri prudentiã utraq; pars suam inuocat suffragatricem. in medio follis pugillatorius uentosa grãditate tumescẽs locat᷑ quem calcibus: pugnisq; incursantes utrinq; omnibus uiribus neruisq; contendunt ultra prescriptos aduersariorum terminos eiaculari. Non ero in hoc spectaculo describendo prolixior: cum paucis ante annis id ludicri genus in foro bononiensi exhibitum copiosissime explicauerim in epistola ad Frãciscum puteolanum præceptorem meum scripta. Reliquum ante cenam tempus saltationibus & choreis impẽsum. post cenam ingrediuntur personati scẽnico ornatu intra nemus inclusi: quod cõsitum uirectis & arbusculis nihil pœne distabat a uero nemore. cupidinis ludicrum egerunt homines feri ac siluatici clauam ligneam

manu gestantes instar herculis clauigeri.cantata sunt carmina argu mento discursibusq; reciprocis accõmodata.ex his unus leonẽ cicurem exarmatumq; loro trahebat:erat autẽ homo leonina pelle uestitus tectusq; adeo graphice ac solerter: ut a nesciẽtibus uerus leo crederetur.exhibitus est & in saltatione monoceros fictitius: sequenti die qui dies erat pridie kal.februarii simulachrũ pugnæ bellicæ in foro maximo editum est:ad quod spectandum antequá iretur in aula Bentiuola ientaculũ regium dignũq; memoratu Principibus matronisq; exhibetur:quod inter cætera spectacula cũ primis annumerari meretur:Nam per dulciarios artifices quos diu domi ob id ipsum habuerat prĩceps Bentiuolus cõcinata sunt ex saccaro edulia uarii generis:quæ intra triclinium ex ordine illata cunctorum oculos ad talem inspectionem conuerterunt.Precedebat carrus cupidinis triumphalis ad amusim confectus:quem quatuor ex ministris baiulabant:Subsequebantur simulacra oppidorum.Imagines elephantorum:effigies uolucrum. spectabantur & naues cum armentis:insignia principum:& id genus quáplurima: quæ nemo a ueris internoscere posset.adeo ingeniosa est natura mortalium ad cuncta quæ uelit imitanda. Omnia hæc importata fuere magis uisui q̃ esui accõmodata:magis oculos saciatura q̃ stomachum.Singula·singulis dono data principibus:esculenta uero bellaria atq; tragemata omnis generis pro ientaculo inferuntur: quorum magna pars in uulgus pro missilibus sparsa.Cum omnes lautissime ientassent itum est agminatim ad hasticos ludos contemplandos:quos sponsa cum omni comitatu matronali prospectauit e speculatorio:quod decentissimum in palatio senatorio ob id ipsum fieri iusserat Minus Roscius id temporis dictator homo omnium nobilium doctissimus omnium doctorum nobilissimus.Iam totus populus ac peregrini passim procurrentes forum compleuerant:& cunctos instar cuneorum theatralium e ligno fabricatos fartim constipauerant.Multi cum periculo salutis culmi-

na tectorum quibus forum cingitur conſcenderant ex imbricibus
teguliſq; ſpeculaturi. Tres æquitum turmæ totidemq; turmarum
ductores apparatu magnifico ſpectabiles forum ingrediuntur.
Ordo agminis turmatim euntis talis fuit. Primus Hannibal ben-
tiuolus equo inuehitur. quem antecedunt equibellatores eximie
magnitudinis aureis tegumentis uelati. circũſtant ſtipatores can-
didati tanquam petitores magiſtratuum romanorum. Turmales
regali cultu procedunt. ipſe armatus fulget in equo. Arma radian
tia aureo paludamento conteguntur pompa prorſus regalis opu-
lentiæ: ex altera fori parte irrumpit Franciſcus princeps mantua-
nus. qui incomparabili magnificentia omnium oculos in ſe ac ſu-
os conuertit: præibant lancearii habitu turcarum de quibus ante
dictum eſt. Lancearios ſequebantur hipotoxotæ cum ſcorpioni-
bus. equi duodecim ſine ſeſſoribus ingenti corporatura deducun
tur operti uelamentis: quæ auro erant purpuraq; diſtincta: quorũ
fulgor omnes fori partes illuminabat: de quibus uirgilianũ illud
dici merito poterat. bello armantur equi bellum hæc armẽta minã
tur: Proximi ibant doriphori ut ita appellemus geſtatores haſta-
rum bellicarum. ipſius uero principis cultus inter præcipua ſpecta
batur. Nãq; equo uectabatur exuperantiſſimo uigore & inuſitata
magnitudine: & uectabatur paludatus aureo paludamento: orna-
tuq; haud diſpari ſuos exornauerat bellatores. præcurrebãt ſpicu-
latores induti ueſtimẽta præcioſa utpote dimidiata ex auro: dimi
diata ex ſerico contexta. Nouiſſimo loco introceſſit Gibertus car
pinas Principis Bentiuoli gener: & ipſe uiſendo decore conſpicu
us ornamẽtis equorũ equitũq; præfulgentibus. Venerunt & alii
pro facultatibus ornati: ſed ſuper oẽs mãtuanus regulus exiſtima-
tus eſt. illud decoraſſe ſpectaculũ. cuius manica paludamẽti carbũ-
culis hiacyntis ſaphiris & id genus gẽmis præcioſiſſimis onuſta
pſtringebat acies oculorũ. ordo haſtici certaminis erat talis. Duo
cataphracti e regione collocantur qui in equo imobili ſedentes

exciperẽt ictus incursantium:quibus post horæ spacium totidem recentes succedere debebant.Hæc bellicæ pugnæ imago ex militari Romanorum disciplina mihi translata uidetur:apud quos tyrones exercebantur ad palum:qui instar bellatoris immobilis excipiebat ictus congredientium pugnatum est horis amplius tribus cõtinenter:cõplures hastæ & a bellatoribus procurrentibus:& a statariis fractæ:cõplures ictus armisoni ultro citroq; & illati & accepti foro clangentibus tubis reboante spectatoribusq; plausu & uociferatione fauentibus.Multorũ eo die uiriliter dimicantiũ uirtus spectata est sed in primis Hanibalis Bentiuoli:qui ante ãnos gerẽs robur animũq; uirilẽ specimẽ ãplissimũ futuræ uirtutis ostẽdit:quæ in pulchro atq; puerili corpore ueniens gratior fauorabiliorq; esse cõsueuit:Gaspar Roberti·sancto seueriatis Filius paternæ uirtutis emulator fũctus est officio acerrimi bellatoris. sed ĩter omnes excelluit Prĩceps Mantuanus quem post certamen iudices publico pcõio uictorẽ pnũciauerũt brauioq; qđ erat argenteũ donauerũt. Trãsacto ludicro cũcti letitia delibuti cũ oculorũ desideria satiassent foro facessũt:iã die ĩ uespã pcipiti recta ad edes bẽtiuolas pgũt nouũ ĩfrequensq; spectaculũ speculaturi.nam florentinus qdã machinator egregius & mechanicæ artis scientissimus machinam solertissimo artificio fabricauerat.quã girãdolam uulgus appellat:quæ nostra lingua orbis flammeus dici põt:utar enim hoc uocabulo quo adinuenero melius:erat hæc machina funibus suspensa sub papilione bentiuoli fori ingentis magnitudinis in rotunditatem circumacta:tribus circulis cingebat medio extremos exupante:crescebat in uẽtrem labris paulatim se restrĩgẽtibus:cui nihil tã simile est quã calathi effigies.Ignis intra machinã furtim inclusus arte mechanica alebatur per fomites incendiorũ discurrẽs quibus tota moles erat refertissima: debebatq; hora sub uesperum stata cum crepitu bomboq; maximo flagrantes radios eiaculari.Machinator predixerat post primam horã noctur

nam futuram flammarum eiaculationem. Iam sublato tentorio reductisq; uelis auidissime prestolabatur populus numerosus côdictum tempus conflagrationis. Iam crepusculum iam tenebræ densæ iam hora fatalis aduentat: cum repente tanta uis flamme & incendiorum emicuit cum crepitu eruptionis uehementissimo ut celum ipsum flagrare simul & ruere uideretur: ut multi pre pauore coruerint. fuligine fumo odoreq; sulphureo cuncta compleri. Radii igniti subinde erumpentes îter spectatores formidolosos uolitare: horum facies afflatu fedare: illorum uestiméta comburrere: fuitq; plenum horroris cum uoluptate spectaculum: quod nouissimum inter nuptiales lusus exhibitum haud quaq̃ displicuit nouitate blandiente: quæ semper fere solet eẽ gratissima: cum ad noua homines libentissime ueniant ad noua côcurrant. exacta est cena saltationibus non inuenustis & id genus uolnptatibus. Calendis februarii cum iam absoluta esset ex omni parte festiuitas nuptiarũ quæ quatriduum celebrate fuerunt: hospites tam principes q̃ priuati suas quisq; domos repetere & in patriam repedare ceperunt omnes imbuti hac persuasione ut Iohannem bentiuolum magnificentissime ornatum se uero honorificentissime acceptos arbitrarẽtur: crederentq; reliquos Italie principes facilius bentiuolorũ nuptias imitaturos q̃ superaturos. Et me hercules nemo non uehementer admirari incredibilem tot rebus peragendis celeritatem: Secum quilibet reputare quantas facturus fuisset Princeps Bentiuolus Nuptias si annuum tempus ad ornamenta comparanda habuisset: Cui bimestri spatio per brumales dies tanta conficere licuisset. Ad nuptias celebrandas hospitum circiter tria milia conuenisse memorãtur: qui per hospitia ciuium diuisi pastisq; esculẽter cibariis ex aula bentiuola affatim suppeditatis. Cibus potioq; omnibus esurientibus ac sitientibus exhibita. illuc egesto si tanq̃ ĩ asylum cereris ac liberi patris confluebant: Tubicines tibicinesq; ex omnibus italie partibus innumeri affuerũt: Timpanistæ utricula-

rii choraule & id gẽus ferme omnes orginici musici undiqꝫ con uenerunt: audiuimus petulantias scurrarum fatuitates morionum: uidimus prestigia prestigiatorum: nec pumiliones defuerunt: Ex hoc omni numero nemo non donatus a Bentiuolo principe dis cessit: Inter multa apparatus nuptialis ornamẽta ornatissimus ma gnificentissimusqꝫ fuit ordo architiclinorum: quorum nemo per tot dies eandem uestem bis induit eundem cultum iterauit. Qui imo singuli singulis diebus mutatoria subinde induebant. idem quoqꝫ a principibus matronisqꝫ factitatum: Munera nuptialia cer tatim ab omnibus collata. Ciues Bononienses publice ac priua-tim q̃plurima contulerunt. Alii maiora: alii minora pro facultati-bus. Agricole ac rusticani omnes pagatim oppidatimqꝫ cum do-nis nuptialibus ad Bentiuolum principem accesserunt. Principes italici tam reges q̃ reguli legatiqꝫ principum ac deinaste preciosis-sima quisqꝫ munera attulerunt. Summa accepti haud dubie maxi-ma estimatur. sed summa expensa nõ mediocris. per eosdem dies clause sunt taberne: officinatores feriati: & leticie causa indictũ ẽ iusticiũ: quod prisci Romani in luctu ac periculis indicere sole bant. Hactenus nuptialem festiuitatem scribẽdam esse duximus. Alii minutiora scribant & liuiora: que nos consulto pretermisi-mus prebitura plus fastidii q̃ oblectamenti lectitantibus. Quod superest deos deasqꝫ omnis rogo & oro ut connubiũ istud nelit esse felicissimum ac fortunatissimum: sicut nuptialis apparatus fu-it splendidissimus: utqꝫ nouis maritis annos nestoreos cum metel li foelicitate largiantur.

Eiusdem Endecasyllabon

Quo tu quo properas recens libelle?
Extra lumina cur cupis uagari
Intra scrinia cur nequis manere?
Cur limam refugis meumqꝫ cęlum?
Cur optas uolitare per tabernas?

Vendi plus minus assibus duobus:
Exi:sed uideo tibi paratos
Ronchos Rhinocerotas & malignos:
Ruguso aut piperi dabis cucullos.
Aut merces olidas salariorum
Infoelix gremio teges madenti.
Hæc incommoda si sapis libelle:
Vitabis:uia nam tibi parata est.
In chalci fugito sinũ patroni.
Qui iam suppetias feret clienti.
Qui te presidio suo fouebit:
Qui doctos amat excolit uenustat.
Hunc queras:reuereuter hunc adito:
Huic post legitimam osculationem
Dices protinus.o decus bonorum
Te saluere meus iubet poeta:
Et te uiuere Nestoris senectam:
Et te principibus diu placere
Optat:sisq; sui memor precatur.
I iam quo properas recens libelle.

Philippi Beroaldi oratio nuptialis habita Mediolani:

INter multa Viri prestantissimi ac Matrone uenustissimæ quæ iucunda & utilia mortalibus comparata sunt:Iucundissimum & utilissimum est maritale coniugiũ:quod homines disiunctos uinculo arctissimo coniungit:quod familias dissociatas mutua affinitate consociat:quod necessitudines conciliat:quod amicicias religiosas comparat. quod domos numerosa sobole secũdat.quod urbes legitimis ciuibus replet,quod deniq; efficit:ne genus humanũ tpis lõginqtate depereat.sine quo nulla ciuitas:nulla gens nec ipse ut ita loquar mũdus cõsistere põt.Vnde nõ mediocri laude dignus existimãdus ẽ Cecrops ille priscus:

q̄ diphyes cognomīatus eē fert: hoc ē duplicis geminæq; naturę: ꝓpterea ꝙ p̄mus feminā mari sacrosācto matrimōio copulauerit quo dono nullū donū maius excogitari posse cōtēderī: qđ nō tā humanū q̄ diuinū: cuius nō tā cecropē q̄ deū cōditorē credere debemus. sicuti & ecclesiasticū dogma prescribit. merito itaq; ingēiorum fōs Homerus populos ī celibatu uiuētes abios appellat quasi uita carētes: & mortalium uita sine cōnubio dimidiata a luculentis scriptoribus nūcupatꝰ tāq̄ absoluta ac pfecta uita ex maris fœmineq; societate cōficiatur. Et quēadmodū laudādi sunt illi qui ī ordine maritorum numerari concupiscūt: ita illi uituperādi qui in celibatu uiuere pseuerāt iugū cōiugale deprecātes. Quibus uero preconiis qua ue laudatione celebrari merētur illi ueteres Romani: quibus nulli unq̄ nec sanctiores nec bonis exemplis ditiores extiterunt. qui celibes puniebant mulctam irrogare soliti si quis uxorē ducere renuisset. Talesq; subinde censoria nota afficiebantur. Qua quidem in re mihi uidentur lycurgi & Platonis leges utpote diuinitus conditas eē imitati. quæ iubēt eos oīs de decore afficiēdos eē pecuniaq; mulctādos qui rei uxoriæ nō fuerint opati. Nāq; e Scitis lycurgi arcebātur celibes ab inspectione ludorum gymnicorum: & honore illo priuabantur: quo iuuenes prosequi seniores consueuerunt. & illud in dercyllida a iuuene spartano dictum nemo non probat. qui assurgere illi noluit q̄q̄ impatori nō improbo neq; cedere subsellio: uerbum illud promens dignū memoratu. Ideo tibi nō assurgo quoniam neq; tu filium qui mihi cederet genuisti. Platonicæ uero leges tempus coniugale p̄scribētes mulctam dicunt illi: qui a. xxx. etatis anno usq; ad trigesimum quintum uxore ducenda super sederit. Aristoteles quoq; cū preceptore Platone congruens precipit in politicis fœminas circiter octauum decimum etatis annum nubere Mares uero circiter annum. xxx sextum uxorem ducere debere. Hoc. n. tpe utrunq; copulari uigētibus corporibus. Ceterum inter nationes omnis Ro

mãi cõiugalia sacra reuerẽtissime coluerũt: & q̃plurimis cerimõiis ornamẽtisq; honestanda atq; discordanda eẽ censuerunt. hic illæ quinq; faces ĩ nuptiis adhibebãt: quas ex spina alba cõfectas pueri patrini matriniq; gestabãt. Quo numero haud dubie significabatur quinq; geminos uno mulieris puerperio ꝓgigni posse: uel qđ par numerus: qui fœmineus ẽ: & ĩpar qui masculus simul copulati ꝓgenerãt. Hic aqua & ignis in nuptialibus sacris afferebãtur. Quæ duo elemẽta uitã mortaliũ maxĩe cõtinẽt: ut uidelicet ostenderẽt: ita uirũ fœminãq; disiũctos steriles eẽ at infecũdos sicuti sine calore humor: sine humore calor nihil gignere p̄nt: cõiunctos uero uim hẽre generatiõis aptissimã. Hinc nubẽtes colus cõpta & fusus cũ stamĩe comitabãt: quæ res plane demõstrabat uxorẽ ĩ domo maritali lanificiũ exercere debere: unde & Thalasii nomẽ: qđ lanificiũ significare autumãt eruditi usurpabatur in nuptiis. Quid in p̄sentia memorẽ quẽadmodũ nouæ nuptæ domũ mariti ingredientes adipe; suillo siue ut Masurius inquit lupino postes perungebãt ex quo uxores denominate credũtur. Longum sane foret si causas rerum omnium nuptialium singillatim recensere uellemus. Quo circa prudens preteribo cur limen maritale nouæ nuptæ pedibus non tangebant: cur flameo luteo caput obnubebãt. Cur cingulo nodo herculæneo uincto cingebantur: quod mox ĩ cubiculo maritus dissoluebat. illud pretereundum nõ est farreum nouænupte preferri solitũ propterea quod nihil religiosius erat uinculo confarreationis: quæ solis ut inquit Bœtius Pontificibus cõueniebat. Vnde & matrimonia farracea a comunicatione farris nuncuparunt. Quanta ueneratione connubia romani ꝓsequerẽt hinc maxime dignoscitur. quod cõplures deos nuptialibus pagẽdis præesse uoluuerunt. Nam deus iugatinus nominatus inuocabatur: quando sponsus se se spõsæ coniungebat: Iugumq; pariter maritale subibant. Domiducus adhibebatur quãdo ad mariti domum noua nupta ducebatur: Cui cumerum quod nuptiale uas ẽ

preferri mos erat. Deam uero Manturnam adorabant. Vt. s. cũ uiro uxor iugiter maneret. Quod si rixe iurgiaq; coniugalia aliquãdo intercessissent: in sacello deæ uiriplacæ reconciliabantur. Deãq; uirginensem idcirco uenerabãtur Vt uirgini zona illa solueretur: de qua est illud Catullianum

Quod zonam soluit diu ligatam.

Quin etiam Iunonem cognomento cinxiam atq; unxiam: Deum Subigũ: Deam premã atq; partũdã aliaq; numina cóplusícula in cõiugalibus sacris adhibuerunt: Adeo matrimonium sacrosanctum atq; uenerabile apud illos erat ut id nó sub uno deo tutelari sed sub plurimis tutandum custodiendumq; cẽserent. Preterea eos q in maritorum ordĩe numerabãtur honoratiores his qui uitam celibẽ degebant esse uoluerũt. Et olim Q. Metellus numidicus in cẽsura. p. romanũ hortatus ẽ ad uxores ducẽdas cã liberorũ creãdorũ luculẽta quadam oratione: quadã diẽ Augustus Cesar cum & ipse de maritandis ordinibus ageret & ad matrimõia capessenda quirites hortaretur commodissime usurpauit. & mediusfidius si uerum uolumus confiteri adiutorium uxoris uiro necessarium est. Nam queãdmodum uir foris & sub dio negociatur comparatq; labore ac uigilantia facultates quæ tectis recondant: ita mulier res paratas custodit & illa omnia curiose conficit quæ domi debeãt administrari. Sic alterius opa a natura comparata est ad exercitationem forensem & extraneam: alterius ad domesticam diligẽtiã. Preterea quid dulcius quid iucundius esse potest patrifamilias intra penates domesticos se recipienti: q̃ habere matremfamilias cuius tutele cuncta domestica negocia credat. cum qua curas partiatur cui cogitationes intimas cui puos liberos tradat: quæ marito iugi exercitatione fatigato sit requies atq; fomentum. Et cũ nihil in domo maritali diuiduum conspici debeat in comune ambo cõspirant contubernio dulcissimo pfruentes. Merito igitur uas electionis Tuba euangelii & sanctarum scripturarum armarium apo

ſtolus Paulus nuptias uocat honorabiles & cubile immaculatum Merito honorabiles a nobis hodierue nuptie appellari poſſunt: cũ ſponſus & ſpõſa honoratiſſimi conſpiciantur.cum ambo ſplẽ dido genere clariſq; natalibus orti ſint.Quis enim neſcit familiã pirouanorum in hac urbe eſſe uetuſtiſſimam generoſiſſimamq; ut pote quæ olim rebus potita eſſe dicatur:quam nõ pauci i ſtudiis ingenuarum artium & potiſſimum medicine illuſtrauerũt.In qua nõ ſolum littere & diſcipline liberales ſed religio & cerimõie flo ruerunt:Cum ex hac iampridem gente prodierit Vir ſanctitate ui tæ clarus Diuus Galdinus:cuius:nomen & ſanctitudo apud Me/ diolanenſes eſt ueuerabilis.Verum hac tempeſtate genus piroua norum illuſtratur ornaturq; uiro ornatiſſimo Gabriele.Cuius Ne ogami hoc eſt noui ſponſi nuptias hodierno die nuptiali oratõe ꝓſequimur.eſt enim hic multiiugis diſciplinis decoratus.aſtrolo/ gie peritiſſimus philoſophiæ conſultiſſimus & in primis medici ne ſciẽtiſſimus: que uel ſingule ingenue artes quemuis hominem poſſent illuſtrare.Aſtrologia enim ab rerũ terrenarum cõtempla tu mentes noſtras euocat ad ſpectanda celeſtia ad curſus ſiderum ſtatos penſitãdos:ad ſuperas ſedes noſcitandas.hæc efficit ut ho mines parum a diis diſtare uideantur.Philoſophia quæ mater ar/ tiũ appellatur dux eſt uite mortalium.animorũ morbis medetur: rerum cauſas ſolerter inquirit & diuinæ maieſtatis archana rimat quod fœliciſſimum exiſtimat Mãtuanus Vates.Medicia uero qua nulla ars fructoſior eſſe fertur ſalutẽ deploratis reſtituit:morbos expellit:afflicta recreat:languẽtia corroborat & cũ morte ipa ſub inde colluctatur.has tantas tanq; preclaras nuperi ſpouſi uirtutes exornant ſuauiſſimi mores ſummas comitas dexteritas affabilitas. quæ res illam haud dubie fecerunt apud mediolanenſes omnis fa uorabilem:apud illuſtriſſimos principes gratioſum.in ſumma ca/ rus eſt omnibns inuiſus nemini omnium beneuolentiam genuina quadam probitate demeretur.Cuius conſobrinum eſſe non peni

tet magnificum ac circũſpectiſſimũ uirum Bartholomeum chalcũ: de cuius eximiis dotibus ac probatiſſimis moribus abunde iudicauerunt illuſtriſſimi principes mediolanenſes: qui eum archigrammateũ hoc eſt principem ſcribarũ ex omnibus unum delegerunt: quem omniũ archanorũ participem ac cõſiliarium eſſe uoluerũt: ſed hæc obiter pauca de multis. Cæterũ queádmodũ ſponſi familia generoſa eſt ita ſponſæ genus illuſtre & peruetuſtũ eſſe credit. In quo multi in toga: multi in re militari excellentes extiterũt: qui ſuis ipſi uirtutibus apud uos cognitiſſimi ſunt: ita ut noſtra laudatione non egeant. Ipſa uero ſponſa omnibus quecũq; in matroná cadũt dotibus prædita familiæ eſt ornamento. Ingenui mores matronaliſq; uenuſtas fœminam condecorant. Et cum quatuor ſint quæ in ſponſis querantur: forma: probitas: nobilitas: dos: hæc formoſa: hæc proba: hæc nobilis: hæc dotata eſt: quáuis ipſa non illam ſibi dotẽ ducat eẽ quæ dos dicitur: Sed pudicitiá & pudorẽ & ſedatũ cupidinẽ. Deũ metũ. parentũ amorẽ & cognatũ cõcordiam. Qualis dos probatur & expetit in primis ab alcumena plautina. Deniq; ut ſemel finiam probata probatiſſimo: modeſta modeſtiſſimo. Laudata laudatiſſimo nubit: Quorũ cõnubiũ ſicuti cõpar eſt beneq; conueniens ita dii faxint ſit fœlix fauſtũ atq; fortunatũ: ut diutiſſime uiuant uitam concordiſſimam iucundiſſimáq;. & ut dulces natos ſuſcipiant: & ex natis dulciſſimos nepotulos aſpiciant: quorũ luſibus oblectentur: quorũ blandiciis refoueantur: quorũ fortunis ac fœlicitatibus condecorentur. Sed iá tẽpus eſt ut formulá a maioribus inſtitutam uſurpemus: & uernacula lingua loquentes prefatione religioſa ſponſum ac ſponſam ita interrogemus.

Ad magnificum Minum Roſcium Senatorẽ bononienſem Philippi Beroaldi bononienſis epiſtola.



IOannes Boccatius homo in lingua uernacula diſertiſſimus centũ fabuloſas hiſtorias ſtilo elegantiſſimo com

posuit:ex quibus duas nos potissimum excerpsimus:easq; in latinum sermonem nuper exercendi ingenii causa transtulimus. Nam queadmodũ maiores nostri ex græco in latinum:& ex latino uertere in græcum optimum esse iudicabãt id quod in primis.L.Crassus.&.M.Cicero factitasse traduntur:ita nobis conducibile uisum est ex uernaculo uulgatoq; sermone aliquid Mythicon historiconq; conuertere in romanam linguam:ex qua conuersione ingenium mediussidius uegetatur.eloqutio expolitur.Supellex uerborum optimorum copiosissima comparatur .In hac autem interpretatione fateor me non ubiq; uerbum e uerbo:sed sensum expressisse de sensu quedam prætermisisse.nõnulla addidisse. Eatenus ut decorem in translatione pro uirili parte conseruaremus. Et hoc fecimus sequti Oratii preceptum ita precipientis.in arte poetica. Nec uerbum uerbo curabis reddere fidus interpres.'quod etiam faciendum docet Diuus Hieronymus scribens de optimo genere interpretandi. Accipe ergo uir prestantissime & in studiis humanitatis litterisq; nostris politissime opusculum a Philippo tuo concinnatum. De alieno effigiatum. de alieno nostrum :quod legas quæso cum fueris ociosus cum animum a senatoriis muneribus publicisq; negociis paulisper recreare decreueris : cum te in bibliothecam tuam quæ te singulari eruditione decorauit : recondideris . Tunc enim animus exuendus est curis grauioribus: demulcendus litteris amœnioribus & refouendus uoluptatibus hilarioribus . Tunc hasce nugas poteris in manus sumere : poteris inspicere:& tuo polito limatoq; iudicio pensitare . Nunquid ad flosculos Boccatii in suo genuinoq; sermone prenitentes aspirare potuerint nostra istec latina interpretamenta . Quæ tibi peculiatiter dicaui.Propterea ꝙ ueri amoris uereq; amicitiæ testimonia sunt locupletissima : quicquid idest boni consule & me uti soles ama.



Vo tempore Octauius Cæsar nũdum cognominatus Augustus in triumuiratu romanum regebat imperium. Fuit Romę.p.Q.fuluius homo patritius ac nobilis: qui filium nomine Titum fuluium iuuenem singulari ingenio præditum athenas misit ut philosophiæ studiis erudiretur: eũq; etiam atq; etiam cõmendauit Chremeti uiro nobili amico uetustissimo: qui Titum hospicio suscipiens uoluit ut incontubernio filii Gisippi familiariter educaretur: & utrunq; Aristipo id temporis philosopho illustrissimo tradidit erudiendum: ut hisdem pariter doctrinis imbuerentur. Cum itaq; ambo iuuenes uitam degerent cõmunem: tanta similitudo morum repente apparuit ut summa germanitas summaq; beniuolentia inter ipsos coaluerit: adeo ut uix morte potuerit dissociari. simul ambo philosophiæ studiis icumbere: simul ambo ad fastigium diuini dogmatis ascendere. ambo excellentissimi ingenii dotibus pares existere. qui talem uitam duxere circiter triennium maxima cum uoluptate Chremetis. is utrũq; pio amore prosequens nec in filium q̃.in Titum propensior cum iam esset senio confectus e uita migrauit: Cuius obitum tanquam cõmunis parentis Titus atq; Gisippus peræque defleuerunt & pari lamentatione prosequti sunt. adeo ut nec ipsius Chremetis familiares ac cognati satis dignoscere possent uter eorum iuueuum magis consolandus foret. post aliquot menses amici necessariiq; Gisippi hominem conueniunt & ad uxorem ducẽdam pariter hortantur puellam se reperisse dictitantes Ciuẽ atticam incredibili formositate conspicuam & generosissima gente procreatam: cui Sophroniæ nomen erat: & id temporis quintum decimum agebat ætatis annum. horum uotis Gisippus utpote iuuenili ardore calescens libenter annuit. Iamq; appetebat tempus nuptiarum: Cum sponsus una cum Tito ad sponsam uisendam proficiscitur: iam ambo intra ædes sponsæ penetrauerant: Iam inter gisippum Sophroniamq; facetissimi sermones ferebantur: Cum Ti-

tus quasi elegans spectator foeminæ formositatis adhibitus cœpit curiosis oculis cūcta ꝑspicere & singula Sophroniæ membra callenter pensitare: quæ cū mirādū in modū tota cōplacuisset ipse secum illā speciosissime puellæ uenustatē illud decus: illā exuperā tissimā pulchritudinē subinde memoria repetēs tāto amoris incē dio cœpit estuare: quāto nullus priscis tēporibus amator cōflagra uerat: cū itaq; domū repedassent: Titus ītra cubiculū solus sup Sophronia cogitare. Sophroniā intueri Sophroniæ nomē idētidem noīare: tanto magis ardescens quāto magis in ea cogitatione uer sabatur: Tādē post multiplices curas crebraq; suspiria ita secū lamentari exorsus est. Heu te miserū. heu erūnosam uitā tuam Tite. Vbi animus: ubi amor: ubi spes tuæ collocantur? nōne uides nōne sentis hanc tibi uirginem in ea ueneratione esse habendā: qua sororem? Hoc exigit munificētia & benignitas in te a Chremete col lata. hoc exposcit fida uetusq; amicitia: quæ tibi cū Gisippo ē huiusce adolescentulæ sponso. Quid igitur cōcupiscis? quo te a frau dulēto cupidine ꝑcipitē trahi sinis? quo a spe blandiente? Recludе aliquādo oculos animi: & temetipsum infœlix recognosce: ob tempera rationi: & cohibe illicibilem appetitū. Moderare cupiditates insanas & aliorsum cogitationes tuas conuertito. principiis obsta: & uince teipsum dum tempus adest: dū datur occasio: Istud quod tu tantopere affectas: turpe: flagitiosum: indecorū est. Istud quod assequi moliris abste in primis fugiendū: Si id quod uera amicitia exposcit: & quod teipsum decet intueri uelis. Quid nā igitur tibi Tite factitandum ē? amoris mediussfidius illicitus: illaudabilisq; relinquendus. alioquin inter fidos amicos perfidiosissimus iudicabere. Deinde cū Sophroniæ reminisceret mutato con silio cuncta quæ dixerat retexens sic secum solus sermocinabatur. Maiores sunt profecto uires legis cupidineæ: maiorq; potētia q̄ legum reliquarum. Leges cupidinis frangunt dissipantq; non solum leges amicitiæ: Verum quod maius est diuinas. Quotiens im

pellēte cupidine pater filiam adamauit: Frater sororem. Nouerca priuiguum: Quæ haud dubie sunt maiora portenta q̄ si amicus amici uxorem ardenter amet: id quod iam sexcēties factitatū. huc adde q̄ ego sum iuuenis: & iuuēta imprimis obnoxia est legibus cupidineis. Quod igitur amori placet mihi quoq; placeat necesse est. hōesta senioribus cōueniūt. Ego id uelle cogor: quod amor iubet. formositas huius uirguncule tanta est ut ab omnibus amari mereatur. Et quis me merito poterit obiurgare? Si iuuenili etate calescens tam decoram tam uenustam iuuenculam tāq; amabilem adamauero: Que a me non propterea amatur: q̄ Gisippo despōsata sit. immo eam amo libentiusq; amarem si alteri denupsisset. In hoc fortuna obiurgari meretur Quæ sophronia amico meo Gisippo potius q̄ alteri habendam tradidit. Quod si puella ob incōparabilem formositatem meretur amari: sicut hercules meretur: debet æquiore animo ferre gisippus: si resciuerit eam mihi eē potissimum cordi: non alteri. hæc & id genus multa secum Titus ipse uolutabat animo: qui nutabundus in partes uarias distrahebatur. Itaq; maximo curarū est fluctuans nō solū diē illū noctemq; quæ subsequuta est suspirando consumpsit: sed & alias cōpluscu las. adeo ut nec cibum caperet. nec somno indulgeret in lectuloq; pre nimia uirium imbecillitate decumberet. Gisippus ut pote qui Titum iampridem uiderat sollicitudinibus anxium & nūc eundē uidebat egrotantem: maximo dolore afficitur: omniq; adhibito studio ac diligentia nusq̄ ab ipsius latere discedens hominē sepissime cōsolatur. subinde causam exquirens & curarū egrotationis. Ceterū Titus qui responsiones fallaciosas hactenus commentus fuerat ad gisippum astu decipiendum: Tandem suspirans ac lacrymabundus: Gisippe inquit si diis placuisset: mihi erat mors iādudū uita iucūdior cogitanti a fortuna me eo esse deductū: ut mihi uirtutis meæ periculum faciendum fuerit: quam appetitionibus domīantibus nō sine maximo meo dedecore succubuisse cogno-

sco. Itaq; prestolor mortem quæ mihi sit futura suauior turpi uita atq; famosa. Iam enim tibi cuncta denarrabo. iam ex me pudibun do cuncta cognosces: Cum apud te nihil oculere: nihil dissimula-re nec possim nec debeam: nec uelim Et ab initio rerum exorsus detexit Scenam curarum suarum. Et quẽadmodum secum acerri-me contendissent hinc amor: illinc honestas: hinc dedecus. illinc decorum: & ut tandem animus undiq; uexatus imperioso amori succubuisset. Deniq; edisserit quemadmodum Sophroniam efflictí deperiret: asserens se amoris sordidissimi flagitiosissimiq; pœ-nas morte luere constituisse: ad eamq; citissime se peruenturum. Hoc audito Gisippus paulisper hesitabũdus utpote Sophroniæ cupitor: Dein secum ipse incunctanter decreuit uitam amici ante-ponẽdá esse uirgunculæ: & lachrymis Titi oppido cómotus: ipse quoq; plorabundus sic inqt. Tite nisi consolatione indigeres ego te apud teipsum expostularem tanquá amicitiæ nostræ preuarica-torem: qui tádiu tuos acerbissimos affectus mihi ignotos esse uo luisti. Quod si tibi istud inhonestum ac indecorum uidebatur: Scito inhonesta non secus q̃ honesta cum amico esse communicá da. Nam qui uerus amicus est quantũ ex honestis amici rebus ca-pit uoluptatis tantum a flagitiosis ac turpibus amici animum ab-ducere conatur. Sed in presentiarum his posthabitis propiora dis cutiamus. Si tu sponsam meam Sophroniam ardenter amas nihil equidem admiror: ualde admiraturus. Si abste secus fieret cognita puellæ formositate & animi tui generositate perspecta: qui tanto est ad passiones amoris subeundas accómodatior: quáto res cócu pita fuerit excellentior: & quanto æquius sophroniam amas tan-to iniquius de fortuna conquereris: Dum tibi uidetur eam abste honestius amari potuisse si alteri potius q̃ mihi denupsisset. Verũ si tu prudés ac circũspectus es: prout esse consueuisti: profecto co gnoscere debes te plurimũ debere fortunæ: Quæ Sophroniam mihi q̃ alteri fouendam dare maluerit. Est enim quiuis alius mari-

tus suorum potius q̄ tuorum amorum rationem habendam esse duxisset: Quod minime cadit in meos mores: Si me tá tibi q̄ qui maxime sit: amicum esse credis. Cuius rei argumentum uel hoc sit ꝙ ego posteaquá sumus inter nos amicitia copulati nihil habuisse me memini quod non tibi quoq; cómune foret: quin etiá hæc res nisi in eum locum adducta esset: ut reuocari non posset: id in presentia quoq; facerem quod reliquis in rebus a me semper ante hac est factitatum. Sed cum Sophronia in ea sit adhuc apud me conditione ut tua effici possit: tua mediusfidius per me efficietur: Cum non uideam in quo tu beniuolentiam meam debeas magnifacere nisi ego quoq; nouero tibi moré gerere gratificari in eo potissimum quod honeste fieri potest: Non inficior Sophroniá mihi esse desponsatam & a me uehementer amari. cuius nuptias cupidissime prestolabar. Sed quoniam tu utpote meipso curiosior rem tam desiderabilé incredibili desiderio desideras: Viuito letus & esto securus: propterea ꝙ sophronia non mihi sed tibi nubet: & in meum thalamum tua futura coniunx deducetur. Proin exuito curas: desine tristitudinem: & pristina ualitudine recuperata gaudibundus temetipsum consolare. Et animo desecato opperior fructus amoris tui suauissimos longe amore meo prestantioris. Titus quantum uoluptatis capiebat ex hoc Gisippi sermone pleno spei blandiétis: tantū uerecundia afficiebatur ostétáte quo maior erat Gisippi liberalitas: eo maiorem suam ipsius fore ad eá usurpandam procacitatem. Quáobrem cum lachrymas cohibere non posset ita respondit. Tua gisippe liberalis ingenuaq; amicitia apertissime ostendit: quid me quoq; in mea facere deceat. Itaq; hic deus auertat: Vt ego illam unquá abste recipiam in uxorem: quam tibi tanquá digniori fortuna concessit: quæ si nouisset hanc mihi conuenire neq; tibi neq; alteri eam tradidisset: Vtere igit̃ letus sorte tua. Vtere fortunæ dono meq; sinito queso inter iuges lachrymas tabescere: quas mihi utpote homini tanta cómoda non meré



ti fortuna parauit:quæ me hercules lachrymæ aut a me superabũtur:id quod erit tibi periucundum:aut me superabũt:Et ego hoc gliscente in dies cruciatu liberabor. Ad hæc gisippus Tite inquit si a beniuolentia nostra tantum impetrare possum ut tu meæ uolũtati obsequaris:& si ab eadem persuaderi potest:ut obsequi non nolis:hoc illud est in quo potissimum decreui ipsius amicitiæ beneficio uti:Et si precibus meis non reluctaberis:efficiam ut tu Sophronia potiaris:eamq; uim adhibebo qua in amici bonis uti debemus. Noui quantæ sint cupidinis uires:qui non semel sed sæpissime amantes perduxit ad obitus miserabiles. Et talibus te amoris pedicis illaqueatum esse sentio:ut neq; regredi possis:neq; lachrymas ulla ratione cohibitas moderari. Tibi uero impatibiles cupidinis uredines perferre nequeũti atq; ob id ipsum obeũti superstes plane esse nolim teq; ocissime subsequar: quo circa & si nulla alia inter nos causa esset mutuæ beniuolẽtiæ. Tamẽ cupio te uiuere ut ipse quoq; uiuã. Scitoq; uitam tuã uel ob hoc mihi esse iucundissimam Igitur erit tua Sophronia cum haud facile aliã reperire queas:quæ tibi tantopere placitura sit:Et ego amorem meum nõ sane difficulter in alterã trãsferens & tibi & mihi satisfecero:cui negocio obeundo fortassis non sic ꝓpẽsus forẽ:Si tam raro tãq; difficulter uxores reperirentur:quã raro quanq; difficulter amici ueri reperiunẽ:Ideoq; cũ ego possim facillime uxorẽ alterã inuenire amicũ uero alterum difficillime:Malo uxorem amittere q̃ amicum. Immo nec uxoris iacturam patiar si eam tibi concessero. sed ex bona in meliorem fortunam eam transtulisse:neq; amicũ perdidisse existimabor Proin si quid apud te pollent preces meæ te rogo quesoq; ut hac eg itudine deposita te meq; simul consoleris. Et optima spe fretus constituas eam capere uoluptatẽ quã tuus feruentissimus amor exoptat. Titus partim pudore suffusus ꝙ indecorum esse existimaret ut ipsi Sophronia desponsaret:partim stimulãte cupidine & hortamẽtis gisippi uigoratus sic loqtur.

Nutabundus sum Gisippe & incertus utrum magis tuo an meo desyderio obsequar. utrum id facere debeam quod tibi tantope roganti placiturum esse cõfirmas Et quoniã tua erga me benigni tas tanta est: ut meam exuperet uerecundiam: id efficiam quod ro gas: Tibiq; sit exploratissimum me tibi non solum optatissimam sponsam: sed ipsam uitam acceptũ referre. Dii faxint ut ego olim ptim in fortunis tuis amplificãdis ptim in honoribus cumulandis possim tibi ostendere meam erga te beniuolẽtiam & fidem: & tu cognoscere queas q̃ mihi gratum fuerit hoc tuum in me singulare beneficium. in quo tu me ipso erga me ipsum misericordior extiti sti. Ad hæc gisippus. Tite inquit ut hoc negocium adamusim per agatur mihi ita agendum uidetur. Optime nosti qnẽadmodũ mi hi sophronia post diutinas meorum necessariorum consultatio nes fuerit desponsata. Ideoq; si nunc eam uxorem repudiauero p turbatio mehercules maxima & tumultus exorietur inter utriusq; cõsanguineos: neq; ego id magnifacerem si uel sic ipsa tibi uxor traderetur. sed uereor ne si hoc pacto res agatur cognati eã alte ri statim despondeant: amboq; puella cupita simus uiduati: Quo circa mihi uidetur: si modo tibi idem uideatur ut ego id incumbã quod iampridẽ inchoaui. hoc est ut sophroniam tanq̃ uxorẽ me am domum ducã & nuptias sponsali ritu conficiam. Tu dein fur tim sicuti commodissime inter nos concinabimus: cũ illa perinde ac uxore tua furtim cõcũbes. Mox ubi uisum fuerit tempestiuum rem omnem patefaciemus Quod si a cognatis non improbabit bene erit. sin minus tu tamẽ uoluptati tue satisfeceris. Et cum id quod factum est fieri infectũ nõ possit necessum erit ut illi uelint nolint rem ipsam approbare cogantur Placuit Tito tale commen tum. Quapropter Gisippus Sophroniam perinde ac cõiugẽ suã domum ducit iam Tito incolumi & ex egrotatiõe cõfirmato: Ce lebratisq; nuptiis cũ iam aduesperauisset Matronæ paranymphe nouam nuptam in thoro geniali collocantes cubiculo propere fa

cessunt. Erat thalamus Titi cum Gisippi thalamo coniunctus & aditus inter utrunq; erat peruius. Itaq; Gisippus luminibus dissimulanter extinctis clanculum Titum adit: eumq; admonet ut cum uxore sua cubitum eat. Quo audito Titus pudore suffusus uoluit ab incepto desistere. Sed Gisippus qui non minus re q̃ uerbis propensus erat ad expléda Titi desyderia post diutinam disceptationem tandem hominem intra cubiculũ ingredi coegit. qui cum primum lectum genialem conscendisset. nouam nuptam familiariter interrogat: an ipsius uxor esse uelit. puella existimans illum eẽ Gisippum. se uelle respondet. Tunc titus Sophroniæ digito annulum pronubum induit faberrime factum ac luculẽtum. Eamq; his uerbis affatur. & ego uolo tuus esse maritus. Inde cum ueneri cõiugali ambo operarentur incredibili uoluptate efficiuntur: Neq; unquã Sophronia satis dispicere potuit non Gisippum esse sed titum qui secum singulis noctibus concũberet. Cum hoc pacto ꝓcederet titi Sophroniæq; coniugium: moritur Rome publius titi pater. Extemploq; ad illum littere afferuntur: quibus admonetur ut siue cunctatione Romam remigraret ad res suas omnes componendas: Quo accepto destinat titus secum ducere Sophroniam Remq; cum Gisippo communicat. Hoc autem non facile nec satis commode fieri poterat. nisi Sophroniæ prius rem omnem detexisset. Quapropter illam in cubiculum introductam de rebus omnibus prout transacte fuissent ambo commonefaciunt: Validissimisq; argumentis titus cuncta confirmat. tunc Sophronia cũ toruo obtuitu utrunq; conspiceret paulum indignabunda prorupit in lachrymas & ubertim flens dolum in se Gisippi detestatur. Et mox nullo super hac re emisso uerbo domum paternam repetens parentibus cuncta denarrat: Et quemadmodum ipsi ãbo fraude Gisippi fuerint circunuenti. seq; non Gisippi: ut opinabantur sed titi coniugem esse. Hoc patri acerbum indignum contumeliosũ uideri. ipse cũ suis Gisippiq; affinibus sup hac re dolẽter con

queri. Hinc contentiones rixeq; inter utroq; non modice fieri. in uisus erat iam Gisippus non solum sophroniæ necessariis: sed et suis. oés asserere eũ nõ solum rephẽsiõe sed atroci punitõe eẽ dignissimũ. Gisippus rem se honestissimã fecisse cõtendere: ob quã Sophroniæ consanguinei sibi grata gratias meminisse deberent: cum illa meliori generosioriq; nupsisset. Titus hæc oĩa iutelligẽs maxima anxietate afficiebatur. Idem cognoscebat morem peculiarem esse grecorum ut tantisper uociferationibus minisq; contendát. Donec aliqui reperiantur qui fidenter ac uiriliter cõgrediantũ Tunc non solum illos meticulosos sed uilissimos inertissimosq; existere. Itaq; existimãs illorũ cõtumelias atq; cõuitia non ulterius esse tollerãda. aĩo romano preditus & prudẽtia attica decoratus cognatos Gisippi atq; sophroniæ in unũ oẽs cõuocat. Quo ĩ cetu ipse solo Gisippo comitatus ita disseruit. Opinantur cõplures philosophi oẽs oĩum mortaliũ actiões deorũ immortaliũ ꝓuidẽtia fieri atq; gubernari. Ideoq; affirmát qcqd a nobis fiat id oẽ fato & necessitate fieri. Alii uero autumát hãc necessitatẽ fato eẽ attribuẽdam. Quæ philosophorũ opiniões si diligẽter pẽsitate fuerint: satis apte demõstrabitur eos prudẽtiores diis ĩmortalibus uideri uelle q uolũt illa refellere: quæ neq; corrigi possũt neq; mutari. Enim uero credere debemus ab ipsis diis optima ratiõe errore nullo nos nostraq; regi ac gubernari. Est. n. mediussidius stulta ac belluina temeritas uelle reprehẽdere deorum operatiões. Et arctissimis illi catenis uinciendi plane sunt: qui impudẽtissima ꝓcacitate ad fata deorũ criminãda ꝑcipitãter ruũt: inter quos sicut ego sentio uos estis annumerãdi: si uera sũt illa quæ audio uos ĩapridẽ dixisse & quotidie dictitare. Culpatis. n. uehemẽtissime ꝙ sophrõia mihi nupserit: quã uos gisippo despõderatis. Enim uero conside rãdũ uobis fuit & curiosissime pẽsitãdũ: queãdmodũ fata a principio cõstituerant: Vt sophronia nõ gisippo sed mihi in matrimoniũ collocaretur sicut ipsa res in presẽtia apertissime ostẽdit. Cete

rũ quia multis anceps & difficilimũ uidetur loqui de diuina ꝓui
dẽtia aſſerẽtibus deos nullã agere curã rerũ hũanarũ: mihi placet
deſcẽdere ad hoĩum cõſultatões. Vnde ſuper his rebus ſermocina
turus duo efficiã neceſſe ẽ moribus meis mĩme congruẽtia. Vnũ
ẽ ut me ipe laudẽ & oſtẽrẽ: Alterũ ut alios uituperatiõe cõſecter.
Verũ id faciã modeſtiſſime hoc ẽ quatẽus cã ipa exigere uidebit
neq; digitũ ut dicitur trãſuerſum ab ipſa ueritate diſcedã. Veſtre
contumeliæ furore magis q̃ ratione ſtimulatæ atrociſſimis crimina
tiõibus uituperant lacerant inſectãturq; Giſippũ: Propterea q; eã
mihi uxorem ſuopte cõſilio tradidit: quã uos illi ueſtra ſententia
cõceſſeratis. In qua re ego exiſtimo Giſippum laudandũ: idq; plu
ribus argumentis confirmabimus. Primo fecit giſippus id quod
amicum pro amiciſſimo facere decet. Dein ipſius factum pruden-
tius conſultiuſq; q̃ ueſtrũ iudicamus. Mitto in preſenti enarrare
quod ſanctiſſime leges amiciciæ precipiant. quod moneãt ab ami
co in amici cauſa eſſe ſactitandum. hoc ſolum dixiſſe contentus
ſum ꝙ uinculum amiciciæ arctius ualidiuſq; humanos animos cõ-
nectit: q̃ ius cõſanguinitatis: quoniam amicos eos habemus: quos
ipſi deligimus. Affines uero & neceſſarios fortuna & caſus aſſi-
gnat. proinde nemo ueſtrũ debet admirari ſi Giſippus qui mihi
eſt intima familiaritate copulatus pluris fecit uitã meã q̃ ueſtram
omnium beniuolentiam. Sed iam ſecundum argumentum explice
mus quo demonſtrandum eſt Giſippum uobis fuiſſe prudentio-
rem: Cum de deorum prouidentia uos ut mihi uidetur nihil ꝑ
ſus intelligatis & multo minus calleatis quid efficere poſſit amici
cia. Dicimus itaq; ꝙ ueſtra conſideratio. ueſtra ſolertia. ueſtrunq;
conſilium deſponderant Sophroniam Giſippo: qui & iuuenis ẽ
& philoſophus. At giſippus eam tradidit mihi iuueni pariter &
philoſopho Vos eam uxorem dediſtis homini attico. Giſippus
homini romano. Vos ſponſo generoſo. Giſippus geneoſiſſimo.
Vos diuiti. Giſippus ditiſſimo. Vos iuueni Sophroniam deſpon

distis illam non solum non amanti sed pene fastidienti. Gisippus iuueni qui eam supra suas fortunas omnes amabat. Quæ illi erat ipsa uita iucundior. Quod autem uerissima sint cuncta quæ dici-mus: quodq; gisippi factũ magis sit laudabile: quã id quod uos factitastis; Singula singillatim pensitentur: Me iuuenem esse & philosophum sicut ipse gisippus est: habitudo mea & studiũ sine lõga sermocinatione ostendere possunt. Eadem est mea & Gisippi ætas. In studiis litterarum ambo pari semper gradu: pariq; uoluntate profecimus. hoc uero inficiari nec uolo nec possum: illũ atheniensem me esse romanum: q̃ si de patriæ nobilitate & gloria disputãdũ ẽ: dicã liberæ ciuitatis me eẽ ciuẽ: gisippi uero patriã eẽ uectigalẽ ac stipendiariã: dicã me in ea natũ esse urbe: quæ toti terrarum orbi dominet̃: illũ in ea: quæ patriæ meæ obsequat̃. Dicam illius urbis me eẽ alumnũ: quæ armis imperio & studiis litterarum sit florentissima: Cum gisippi patria solis litteris censeatur: Præterea quãuis uos hic me scholasticum esse despectissimum sordidissimumq; existimetis non sum propterea generatus ex fece populari imaq; plebecula. Edes meæ in urbe roma illustrissimæ referti ssimæq; sunt uetustissimis maiorum meorum imaginibus. Et annales maximi scatent titulis triũphorum: quos proaui mei egerũt in capitolium: neq; in presentiarum gloria nostri nominis extincta languescit: sed in dies magis magisq; iuuenescit. Omitto præ pudore enumerare diuitias meas luculentas. Cum animo meo infixũ sit honestam paupertatem uetus esse copiosumq; patrimoniũ nobilium ciuium Romanorum. q̃ si paupertas apud uulgus ignobile probrosa iudicatur: si diuitiæ in honore ac p̃cio habentur ego possideo opes amplissimas utpote fortunæ alumnus. Nõ me ꝑterit uobis affinẽ charũ fuisse & eẽ debuisse gisippum: sed non ego minus uobis charus esse debeo: si cogitaueritis Romæ me uestrũ futurum hospitem frugi ac diligentẽ: & in rebus tam publicis quã priuatis optimũ strenuissimũq; patronũ. Quis igitur posthabito

appetitu & adhibita ratione Cousilia uestra gisippi mei consiliis anteponet? ꝓfecto nullus. Est ergo sophronia bene nupta Tito Quintio fuluio nobilissimo antiquissimo locupletissimo ciui Romano gisippiq; amicissimo: Quapp quisquis ob id dolet atq; ĩgemiscit: non id facit quod eum facere æquum est: & quid faciat nescit. Erunt fortasse nonnulli qui dicent sophoroniam nõ tãtũ ob id indignari. ꝙ Titi sit uxor effecta: q̃tum dolere ac lamentari sup fraude ac dolo: quo maritum Titum sortita sit. ꝙ clanculũ & furtim nullo amicorum conscio. omnibus consanguineis ignorantibus Tito denupserit. At qui hoc neq; mirandum est: neq; nouum inauditumq; cõtigit. Pretermitto illas quæ ĩuitissimis patribus ac reluctantibus marito sibi ipse repererunt: Pretereo eas quæ amatores suos sequutæ larem familiarem ac ipsos parẽtes deseruerũt: & ante concubine fuere q̃ nupte. Pretermitto illas quoq;: quæ prius pregnatiõe & fœtu q̃ uerbo & ore Matrimonia sua impudica detexerunt. In quibus necessitate id deuenit: quod in sophronia nõ accidit. Immo ordine & ritu nuptiali solerter & sancte eam Tito Gisippus uxorem in legitimum matrimonium collocauit. Scio nonnullos futuros: qui querantur gisippum maritasse Sophorniã Id quod ad ipsum minime pertinebat. Stultæ ꝓfecto tales sũt cõquestiones atq; femineæ: & a nulla prudentia prouenientes. Nõne hoc tpe fortuna utitur uariis nouisq; consiliis? nõne instrumẽt s multiplicibus res deducit ad exitus constitutos. Quid ad me si sutor potius q̃ philosophus: negocium meũ optime cõfecerit. ĩdq; uel clam uel palam factitauerit. dummodo finis sit ipse ꝓbãdus. meũ est opus prouidere: ne deinceps sutor: maxime si imprudens est: possit meis se rebus ĩgerere. sed pro eo quod fecit gratias illi agere debeo. Similiter si gisippus sophroniam mihi despõsauit uobis nesciẽtibus. stultitia supuacanea ẽ ob id cõqueri & ĩdignari quod conducibiliter factum est. Si diffiditis gisippi prudentiæ: Imposterum prouidete ne ipse eandem amplius maritandi ha

beat facultatem. Et pro eo quod fecit. homini gratias agite. Cete rū hoc í primis scire debetis me neq; p fraudes neq; p uaframēta uoluisse afficere ignominia ac nota nobilitatē ac generositatem uestre familiæ. Nam quāuis Sophroniam furtim ac dissimulanter uxorem acceperim attamen non sicut raptor eā uiolaui: neq; sicut hostis impudice habui & contumeliose. neq; affinitatem uestram habui dispicatui. Verum cum ego sophrōiæ exupanti formosita-te inflammatus estuarem uideremq; me nequaquā illius connubio posse potiri si eā a uobis prout fieri solet depoposcissē: Propte-rea quos timuissetis: ne a me romāo romā deportaret illa: Quæ a uobis mirandum in modum diligebatur. Visus sum fateor: arte clandestina: Quæ nunc uobis facta est manifesta: Effeciq; ut Gi-sippus meo nomine nuptias cōficeret. quas suo facere renuebat. Preterea quāuis ego efflictim sophroniā deperirem: non tamē ut amator: sed ut legitimus coniunx suos optatissimos amplexus cō cupiui. Etenim ipsa locupletissimum exhibere potest testimoniū: non prius cum ea me concubuisse: q̄ uerbis solitis atq; conceptis: & annuli arabone legitima mihi uxor efficeretur. Cum eam inter rogauerim: an mihi nubere uellet. & ipsa se nō nolle responderit. Quod si deceptam esse se existimat: nō sum ego coarguēdus: sed ipsa obiurganda: Quæ quisnam ego forem querere supersederit. hoc ergo ut semel finiam: Est illud atrox delictū: hoc ē illud maxi mum flagitium. hæc est illa capitalis fraus: quam ego amore tabes cens una cum gisippo commentus sum. ut. s sophronia clanculum atq; secreto ignara nuberet Tito quintio: ob hoc gisipum ob iur gationibus incessitis: gisippo insidias paratis. gisippo minitamini Quid amplius queso faceretis: Si eam homini rusticano: si seruo: si nequissimo tradidisset. Quæ catenæ qui carcer: quod patibulū sufficerent ad gisippum puniendum. sed iam hæc missa faciamus. Venit tempus quod a me nondum expectabatur. Videlicet ut pa ter meus moreretur Propter cuius obitum mihi necessum est ro-

mam remigrare. Quo circa cum mihi in animo sit sophroniam in patriam mecum ducere uelle: Vobiscum ea commũicaui quæ alioquin adhuc occuluissem. si prudentes eritis: hoc animo equissimo feretis. Nam si uos fallere aut contumelia afficere uoluissem: poteram sophroniam uobis illusam ludificatamq; relinquere. Sed hoc dii prohibeant ut in romano spiritu tanta labes tantaq; nequitia queat hospitari. Erit igitur mea sophronia partim propter uolun taté deorum & auctoritatem legum humanarum. partim propter laudabilem gisippi mei solertiam & mei ipsius astutiá amatoriam Ceterum qui uosmetipsos diis hominibusq; sapientiores esse cé setis: hoc omne negociũ uituperatiói ac opprobrio insipiéter dare uidemini. Idq; duabus potissimum de causis. quarum una hæc est: ꝙ sophroniam mihi eripiétes nulla probabili ratióe polletis. Altera ꝙ gisippum perinde ac inimicũ habetis. Cui haud immerito uos omnes estis obnoxii: qua in re quanta sit uestra insipiétia: q̃taq; temeritas nolo in presentiarum enarrare copiosius. Verum uos tanq̃ amicos amicus amice moneo & hortor: ut omnes indignationum turbellas deponatis: ut omnis iracũdia abiiciatur: omnia cõuitia aboleantur: Et mihi sophronia restituat: Vt ego gaudibundus uobisq; affinis non inuisus hinc possim in patriam repedare ubi uiuam uobis semper deditus & mancipatus. Nam qđ a me factũ est id infectum nullo pacto fieri potest siue uobis gratum futurum sit siue ingratissimum. Quod si uotis meis refragrari destinaueritis: ego uobis eripiam gisippum: & si romam unquá appulero illam mediusfidius uobis inuitissimis recuperabo: Quæ uxor mea legitima est. Et inimicicias uobiscum truculétissimas exercens uobis planum faciam qua sint uehemẽtes animorum romanorũ ídignatióes. Postquá longa satis & luculéta oratione Titus porauit ex subsellio surgens uultu tristissimo & fronte corrugata gisippi manũ apprendit. Et cunctos illos se paruifacere simulans quassanti capite minitabundus inde secessit. Illi uero: qui intus cõ

morabantur partim argumentis Titi prouocati ad affinitatẽ amicitiamq; ipsius ineũdam:partim nouissimis illius uerbis pauefacti inter se constituerunt utilius fore & conducibilius Titum recipere affinem:Cum Gisippus affinitatem recusauerit:q̃ Gisippũ amicum perdidisse:& Titum inimicum comparasse. quamobrẽ simul oẽs egredientes Titũ conueniunt.seq; nonnolle demonstrant ut Sophrõia ipsi in matrimoniũ collocetur:& illius affinitate se plurimi facere ostendunt.Gisippum autẽ ut amicũ optimũ cõplectuntur:Et cum festiuitata atq; letitie:Qualia affines decẽt generaliter indulsissent.inde discesserunt:Sophroniam Tito remittẽtes:quæ ut pudentissimã matronam decebat:Cõuersa in uirtute: ut dici solet necessitate omnem extemplo amorem quo Gisippum prosequebatur.transfudit in titum:& cum eo Romam profecta est ubi honorificentissime a Titi necessariis familiaribusq; accipiuntur.Interea Gisippus athenis relictus fere ab omnibus floccipendebatur qui intra breuissimum tempus propter ciuiles aliquot controuersias in egestatem atq; calamitatẽ delapsus:& mox athenis exterminatus in exilium sempiternum relegatur.Vbi egestosus uitã erũnosissimam agens tandem romam cõmigrauit:hoc consilio ut Titi benignitatem experiretur?Cognitoq; eum esse superstitem & apud romanos omnes gratiosum ac fauorabilẽ: ad edes eius accedit.Quæ haud dubie erant magnificentissimæ:& ante uestibulum consistens quod Titus domum rediret prestolatur.Iam redierat e foro Titus.Iam domum ingreditur.sed eũ Gisippus nõ audet affari:memor illius:qua uexabatur calamitatis. nouiter tamen operam dat ut a tito uisetur:& recognitus introducatur.Ceterum titus introgressus haud quaq̃ gisippum recognouit utpote squalidum sentum atq; pannosum.Quapropter Gisippus cum existimaret se a tito fuisse recognitum & propter sordes reiectum memor pristini beneficii quod in titum ipse contulerat: indignabundus rebusq; deploratis inde discedit.Et cum iá adu espasceret

esuritione confectus pecunia defectus mortis cupidus ad locū ur
bis romæ incultum desolatumq; peruenit:ubi tenebricosam spelū
cam ingreditur:illic eam noctē quieturus:Ibiq; humi cubans iugi-
bus fletibus debilitatus:tandem somno succumbit. Forte ad hūc
specum nocte intempesta aduentant: fures duo cum preda:quam
ea nocte compilauerant. Exortaq; inter eos nocturna rixa:alter q
ualentior erat infirmiorem alterum trucidat:hoc sentiens uidensq;
Gisippus existimauit se uiam ad mortem optatissimā facillime re-
perisse:neq; opus esse ut sibimet necem gladio manu sua conscisce
ret:Illicq; se tantisper continuit:donec familia pretoris eo recogni
ta peruenit:a qua Gisippus tanquā reus homicidii uincitur : inie-
ctisq; catenis furenter abducitur:qui cum in questiōe de rebus sin
gulis interrogaretur:haud cunctanter se homicidam esse confes-
sus est. Quāobrem prætor:cui. M. Varroni nomen erat iussit ut ex
more romano in crucem tolleretur. Forte id horæ uenerat Titus
ad prætorium tribunal:qui curriosissime contemplans condemna
ti faciem tanquā noscitabundus ad hominem propius accedit:ad
miratusq; erumnosam hominis amicissimi fortunam:cū uehemen
tissime cuperet Gisippo periclitanti opitulari:nec ullam rationem
ipsius saluti accomodatam uideret:tale commentum cōminiscit:
Accedit proxime ad sellam prætoris & uoce contentissima clami-
tans ait. Marce Varro iube infortunatum hominem reuocari:quē
tu morti adiudicasti. Est enim insons & huius homicidii penitus
expers. Ego satis superq; satis deos immortales offendi illum iu-
gulando : quem ministri tui matutino iugulatum repererunt : nec
æquum sane est ut maiori nunc iniuria deos afficiam permittens
hominem innocentem trucidari. Varro uehementer admiratus ma
ximo dolore affectus est ꝙ Titi uerba ab omnibus palatinis exce
pta fuissent:qui cum non posset habita honoris sui ratione disce
dere ab eo ꝙ leges ac iura præcipiunt:iubet Gisippum iam in or-
ci familia numeratum reuocari:Et coram Tito. quid tu inquit tam

ſtultus eras ut ſine ullis tormẽtis te id feciſſe fatereris:quod nuſq̃
perpetraueras:maxime cum talis cauſa foret capitalis:dicebas te il
lum eſſe qui proxima nocte feceras homicidiũ. Ecce Titus adeſt
qui ultro fatetur ſe eſſe paricidam aſſerens illum non abſte ſed a
ſeipſo fuiſſe peremptum. Giſippus curioſe proſpectans Titum re
cognoſcit & facile intelligit iſtud a Tito fieri ſalutis ſuæ cauſa:ut-
pote homine nõ ĩmemore priſtini beneficii. Quapropter præ ni-
mia pietate lachrymabundus: Varro inquit. Ego hominẽ occidi.
Et iã Titi pietas nimis ſera eſt. E contrario Titus prætor aiebat.
Hic quẽadmodũ uides peregrinus eſt & ſine telo iuxta cadauer
occiſi repertus: Ex quo coniectare potes hunc hominẽ erũnis op
preſſum mori cupere: Proinde eum impunitum dimittito & me q
deliqui morte mulctato. Admirabatur nõ parum prætor iſtorum
duorum maximam conſtantiam: & iam preſagibat animus neutrũ
ſontem eſſe debere: Et cũ ſecum quo pacto uterq; abſolueretur:
animo agitaret: Ecce ſuperuenit quidam iuuenis nomine Publius
homo uitæ profligatiſſimæ & apud cũctos romanos ob ſurta co
gnitiſſimus: qui illud mehercule homicidium perpetrauerat. hic cũ
proculdubio ſciret neutrũ illorũ eſſe cõſcium eius criminis cuius
ſemetipſum participem eſſe uterq; arguebat: tanta cõmiſeratione
affectus eſt propter utriuſq; inſontis innocẽtiã: ut ip̃e ſuapte ſpõ
te prætorem adiuerit: eumq; his uerbis ſic alloquutus. Mea pretor
facinora me impellunt ad difficillimam horum queſtionem expli
candam. Neſcio quis deus precordia intus exagitat: & mẽtem exti
mulat: ut ego meipſum deſeram: & crimen meũ patefaciam. Scito
igitur neutrũ iſtorum eſſe huic culpæ obnoxium. Ego mediuſfidi
us is ſum qui illum hominem de cuius cede altercatio iſtec exorta
eſt occidi matutina hora circiter diluculum: & iſtum infortunatũ:
qui hic adeſt uidi ipſum dormientem: dum furta cum illo partie-
bar: quem paulopoſt interemi. non opus eſt ut ego Titum excu-
ſem: ſua illum fama ſatis excuſat: quæ ubiq; gentium ſplendidiſſi-

ma est eum non tam turpi labe esse maculosum. Itaq; utrūq; absol uito & me sontem ea pena afficito quā leges precipiunt. Iam hæc res peruenerat ad aures principis Octauii: qui cūctis accitis singu la curiose cognouit: & cum singillatim quisq; denarrasset: Prīceps duobus quia insontes erant libentissime pepercit: & tertium qui sons erat causa Gisippi ac Titi incolumē iussit abire. Titus cū Gi sippi diffidentiā timiditatēq; clemēter obiurgasset mira leticia ho minem complexus ad edes suas deducit: Vbi Sophronia pientissi mis lachrymis Gisippum perinde ac fratrem hospitaliter suscipit: & susceptum honorificentissime prosequitur ac fouet cum quo iam refocillato: iam beneuestito iam in habitu suæ uirtuti congru entem reformato Titus omnes suos thesauros prædiaq; commu nicat: eiq; sororem nomine Fuluiam adhuc uirgunculam in matri monium collocat. post hæc cum gisippo ita sermocinatur. In tua iam manu atq; arbitrio est gisippe siueuelis hic apud nos commo rari siue Athenas remigrare cum rebus his omnibus quas tibi do no dedimus. Gisippus cum hinc exilium a patria procul eius ani mum uellicaret: Inde beniuolentia qua Titum prosequebatur cō moueret: Tandem constituit rome uiuere uelle efficiq; romanus. Vbi ipse cum Fuluia: Titus cum Sophronia in eadem domo iucū dissime diutissimeq; uixerunt indies magis ac magis gliscēte inter ipsos mutua beniuolentia. Est mediusfidius sanctissima res amici tia: & nō solū singulari ueneratione digna: sed eterna laudatione decoranda: utpote genitrix optima magnificentiæ: & honestatis: germana benificentiæ ac charitaris. inimica odii & auaritiæ: semp prōpta: semperq; propēsa ad ea pro altero strenue peragēda: quæ pro se alterū uellet opari: neq; preces expectans neq; blanditias expetens. Cuius effectus probatissimi hodierno die rarēter in ter mortales conspiciuntur: cuius rei causa est hominum cupiditas inexplebilis: qui propriæ tantūmodo utilitatis rationem haben tes amicitiā ad penitissimas orbis terras extermiarunt exrorremq;

fecerũt. Quæ res. Quæ diuitie. Quæ affinitas efficere potuissent ut lachrymæ: estus: suspira: Titi intra precordia Gisippi ita penetrassent: ut ipse spõsam suam formosissimã generosissimam optatissimam alteri condonaret? nisi amicicia: Quæ leges: Quæ minæ: qui pauor potuisset cohibere brachia Gisippi in locis tenebricosis ab amplexibus speciosissimæ puellæ ipsum non nunquã fortassis lacessentis? nisi amicicia. Quæ cõditio: Quæ merita: quod emolumentũ Gisippo persuasissent: Vt iacturã suorum sophroniæq; ppinquorum floccifaceret. ut rumusculos populares contemneret. ut cõuitia illusiones uellicationesq; maledicentissimorũ p nihilo pẽdere: dũmõ amico obsequẽt? nisi amicicia? E cõtra: qd titũ prõptissimũ patissimũq; facere potuisset ad mortem appetẽdã. ut gisippũ liberaret a tormẽto patibuli cũ psertim posset honeste dissimulare se ñ nouisse Gissipũ? nisi amicicia. qd titum fecisset adeo mũificũ adeoq; liberalẽ ut sine cũctatõe suũ patrimoniũ cũ gissippo diuidere: quẽ fortuna omnibus opibus spoliauerat: nisi amicicia? Quid Titum iflãmare potuisset ut sororẽ Gisippo sine mora desponsaret hõi egẽtissimo & ĩ extrema calamitate collocato. nisi amicici? Optẽt itaq; miseri mortales mutas uxores. fratres copiosos sobolẽ filiorum numerosam: & pecuniis augeant numerũ famulorum: neq; respiciant cogitentq; quemlibet ex his magis se ipsum amare q̃ alterum magis proprium uel minimum formidare periculũ. q̃ curare: ut maximum infortuniũ a patre aut a fratre aut a domino propulsent: cum ab amico erga amicum omnia secus fieri uideamus.

Mythica hystoria in latinum e uernaculo sermone cõuersa.



Yprus insula est quõdam nouem regnorũ sedes: oppidis nobilibus inclyta: & agrorum fecunditate nulli pene Insularum postferenda: In qua sicuti priscis cyprorũ annalibus proditum est: Fuit olim Aristippus homo haud dubie nobilissimus & omnium popularium longe locupletissimus: po-

teratq; & esset & diei merito felix nisi eius felicitate unica in re fortuna obnubilasset: Nãq; inter cõplusculos filios unus illi erat: qui proceritate staturæ & eximia totius corporis pulchritudine reliquos omnis adolescentes lõge ante ibat uerum insanus & uecors: Cui galeso nomẽ inditum a parentibus fuerat: sed quia neq; doctrina preceptoris neq; castigatiõibus patris: neq; solertia educatoris litteras aut bonos mores unquã pcipere potuerat: Eratq; uoce rudi & crassa moribusq; beluinis magis q̃ humanis preditus: ludibri causa ab omnibus Cymon nuncupabatur: quo nomine lingua cypria bestius significatur. Cum pater filii uecordiã egerrime ferret uideretq; illius spem omnẽ esse penitus deploratam: ne presentario quotidie dolore afficeretur: Cymonem amandatum uillicari iubet & pcul a rebus urbanis cum uilliconibus exercere agricolationem: quæ res Cymoni fuit per quam iucunda utpote homini minime politico Amantiq; magis mores rusticanos q̃ ciuiles. Is ergo dum res uillaticas curat & in prediis colendis operæ plurimum studiiq; consumit: forte die quadam accidit: ut hora post meridiana solus obeundo paternos agros unico tantum scipione comitatus ingrederetur nemus pusillum quidem sed quod in illis regionibus amenissimum foret: Et tunc cum esset mensis maius uernaq; temperies: frondibus uestitissimum uisebatur: eũ istic ocio se inambularet Cymon fortuna duce pedetentim intrat pratulũ per quam exiguum: quod procerissime arbores undiq; sepiebant: In cuius angulo fons lympidis aquis frigidisq; spectabilis scaturiebat. iuxta quem uidet supra uirentes herbas puellam dormientem perfecta formositate conspicuam: quæ ueste adeo tenui atq; pellucida erat induta: ut nihil pene niuei coloris tegeretur. infra cincturam uelabatur linteo candidissimo tenuissimoq;: prope eã ancillæ duæ etiam pedisequus unus pariter somnum capiebant. hãc ubi conspicatus est cymon non aliter q̃ si nullam unquam prius feminam uidisset attonitus hesit: Et baculo innixus nulla edita uo

ce etiam atq; etiam mulieris faciem contemplatur: & mirabundus oris liniamenta solertissime rimatur. Inde paulatim in rudi pecto-re crassisq; precordiis: intra quæ nullum pollliticæ urbanitatis uesti gium per mille ante hac documenta penetrare potuerat: exorta ẽ noua cogitatio: quæ in animo alioquin pingui inculteq; discurrẽs sic rationabatur. Nihil inter mortales hac formositate puellari ui sum esse formosius: Cepit dein luculente feminæ omnem habitu-dinem diligenter explorare. & particulatim singilatimq; decorissi-ma membra laudare. Capillos imprimis flauos admirari quos au rei coloris esse censebat. Idem laudare frontem: nasum: os: ceruicẽ: brachia: pectus: repenteq; ex rusticano & agricola factus arbiter & spectator elegantissimus formarum uehementer concupiscebat uisere oculos: quos illa somno marcentes ac languidos habebat occlusos: quos Cymon ut contueri posset sepius uoluit puellam expergefacere: sed cum pulcherrima ac uenustissima supra reliquas omnis mulieres quas ullo tempore conspexisset sibi uideretur: Ve reri cepit ne una foret numero dearum: neq; erat tam hebeti obtu soq; ingenio: quin diiudicaret diuina mortalibus celestia terrenis uenerabiliora esse debere. ideoq; seipsum cohibens prestolabatur ut suapte sponte puella expergisceretur: & quãuis ista contatio ni mis longa esse uideretur. tamẽ insolita uoluptate pellectus & spe ctaculo nouo captus illinc abire non poterat. Spectante itaq; Cy mone & hãc spectãdi uoluptate pfruẽte post interuallum nõ mo dicũ expgiscit puella: cui Iphigeniæ nomẽ parẽtes indiderãt: quæ sublato capite patefactis oculis cõspicata: Cymonẽ bacillo innixũ ante seipsam cõsistẽtẽ uehemẽter admirat: eũq; his uerbis affatur. Quid tu cymon id hore per hoc nemus inquiris? Erat cymon cy-priis fere oĩbus cognitus: partim sua fatua simplicitate: partim no bilitate diuitiisq; paternis: qui ad iphigeniæ uerba nihil respõdẽs oculos figit in oculis puellæ: eosq; obtutu incõniuenti cõtuetur: existimans ex illorum fulgore manare suauitatẽ exuperantissimã:

quæ ipsius animum afficeret inexperta uoluptate gaudioq; incre-
dibili: quod cũ uirgo animaduerteret uereri cepit ne ille obtutus
incóniuens & ímobilis mores hoís incultos & inciuiles excitaret
ad aliquid moliendũ: quod in suum ipsius dedecus redundaret:
Quo circa excitatis pedissequis festinanter exurgens uale inquit
o cymon: & abiit. ad hæc subiecit cymon. ego uero puella te liben
tissime comitabor: Iphigenia quáuis illius comitatum atq; cómerti
um aspernaretur tamẽ hominẽ ab se abigere non quiuit donec ad
uirginis fores peruentum foret. Post hæc cymon domum paternã
repetens obstinate affirmat se nolle amplius uillicari: & uitam ru-
sticam culpans incipit urbanã amplexari. hoc patri reliquisq; pro-
pinquis molestũ eẽ cepit: qui tamẽ tantisp expectãdũ eẽ cóstituũt:
donec intelligãt causam tã repẽtinæ in hoíe mutatióis. Cum itaq;
intra Cymonis precordia intra quæ nullæ doctrinæ litteræq; ullo
unquã tpe penetrauerant: cupidinis sagitta penetrasset: cũ Iphige-
niæ pulchritudine captus mores repẽte mutasset nõ parua admi-
ratione parẽtẽ suosq; oẽs necessarios affecit. Primũ petit a patre
ut uestitu non minus nitido q̃ fratres uestiatur: quo facillime im-
petrato uitam ducere parat cum politicis adolescentibus. Singula
diligenter inquirere & studiose rimari: quæ amatoribus conueni-
ant. Idem cunctis uehementer admirantibus intra breuissimũ tem
poris interuallũ nó solũ litteras didicit elemẽtarias: sed inter phi-
losophos excellentissimus extitit. Causa uero tãtarũ rerum: solus
erat amor Iphigeniæ: quo duce nõ solũ linguæ hesitantiã emẽda-
uit & uocẽ ex aspa ac fusca clarã suauẽq; effecit sed ẽt musicæ disci
plinæ factus ẽ pitissimus. idẽ equitãdi doctissimus: in re militari
solertissimus: in maritimis terrestibusq; expeditionibus expientis-
simus existere: breuiterq; ne particulatim uirtutes eius enumerem
intra quadriẽniũ iuuenis euasit indolis probatissimæ: ita ut mode
stior elegantior pluribusq; ai dotibus decoratus q̃ oẽs alii cyprii
adolescẽtes existimaretur. Quid ergo de amore pdicabimus? qbus

pconiis amorē extollemus?equidē cum in aīam cymonis genero sissimam sidera natalicia uirtutes egregias infudissent: fortuna inuida uinculis illas firmissimis uixerat incluseratq; intra pcordia:ut nullo pacto emergere possēt & se se ostētare:solus amor nodos illos dissoluit refregitq; utpote ipsa fortūa ualētior atq; potētior quiq; ingenia sopita atq; marcescētia excitare subinde cōsueuerit. eaq; tenebris inuoluta crassioribus sua ui ī lucem lucidissimā educere. & mehercules cupido sepissime solet ex locis tenebricosis extrahere spiritus generosos & in loca illustrissima suo fulgore perducere. Igit̄ cū cymon amore Iphigenie exestuans nonnūq̄; put iuuenes amorabūdi facere cōsueuerūt:a recto æquoq; discederet:nihilominus Aristipus æquo aīo cūcta ferebat in filio:quē uidebat pp amorē ex ueruece & rusticāo factū esse policitū & urbanū.quī ēt illū nō nūq̄ hortabat̄ ut oībus suis cupiditatibus obsequeret̄. Ceterū cymō qui uero noīe galesus dicebat̄ reminiscēs se ab Iphigenia cymonē quasi noīe cōtumelioso fuisse nūcupatū:hāc notā tollere ac maculam abolere cōstituit. Et cū flagrantissimas amoris uredīes cupet emoderari frequēter cypseū appellat iphigenie patrē ut sibi filiā despōdeat. Ille uero asserere se eā iampridē despōdisse pasimūdo iuueni inter rhodios iuuenes generosissimo:neq; datā fidē uelle preuaricari. Iamq; appetebat tp̄s pactarū nuptiarū Iam spōsus spōsam miserat accersitū. Tūc hæc secū cymon. Iā tp̄s instat quo tibi iphigenia demonstrē q̄to te amore cōplectar q̄to tui desiderio estuē. tu me hoiem ex bruto fecisti: tu me pollliticū reddidisti. qđ si mihi dii cōcesserint ut ego te uxore potiar tuoq; suauissimo cōtubernio fruar:nihil uereor qn deo sim futurus q̄ similimus:& ,pfecto aut moriar aut possidebo te cōiugē. hæc secū ratiocinatus aliquot amicorū nobili genere natos furtim cōuocat cū qbus cūcta cōmunicat & qd fieri uellet ostēdit. mox clāculo nauigiū ornat:rebusq; oībus instruit ad pugnā naualē accommodatis:quibus adamusim pfectis nauē cōscēdit & uētis uela cōmittit

ꝑstolaturus in mari nauigiũ:quo iphigenia ad maritũ i insulã rho
dõ trãsportari debebat. Iã spõsæ pater honorifice atq; hospitali-
ter accepat rhodios hoĩes missos a spõso iã noua nupta nauẽ in
gressa maritimũ iter capessebat & rhodũ uersus ꝓrã uelaq; flexe-
rãt. Ecce cymõ q ad hoc uigilãter excubauerat die ꝓxio aggredit
nauẽ iphigẽie suo nauigio ad preliãdũ ornatissimo. & i pupi stãs
ferociter i eos inclamat q sponsam comitabãtur. state uiri uela col
ligite aut oẽs naufragio occũbite. Aduersarii cymonis iã strinxerãt
gladios seq; nautico certamini prepabãt. quo aiaduerso cymõ ma
nũ ferreã i quẽ arpagõem uocitãt in pupim rhodiorũ strenue ini
cit nauemq; remorãs nauigio suo rostrato arctissime connectit.
mox leonis iubati instar nõ expectato sociorũ auxilio solus rho
diorũ nauẽ insiliẽs cũcta pturbat. & amore uires suggerẽte stricto
mucrone in medios hostes uiriliter incursat: & cũ hinc unus inde
alter mox plures uulnerarentur. rhodii suis uiribus diffidentes cũ
neq; repugnare neq; effugere possẽt se se cymoni dediderũt: q de
ditos sic affatur. rhodii homines neq; predæ cupiditas neq; ullũ
in uos odiũ mihi ꝑsuasit ut ex cypro discedẽs uos i mediis flucti-
bus inermes ipse armatus aggrederer. sed res illa quæ me ad hoc
impulit: quæ a me amplissima existimatur: quã acqsiuisse opepciũ
esse censeo: ea a uobis facillime & cũ pacificatione cõcedi potest:
ea aũt est Iphigenia: qua mihi nihil est neq; carius neq; iucũdius:
quam cum ego a parẽtibus amice & comiter impetrare nõ potuis
sem: amor me coegit ut a uobis hostiliter & armatus auferem. de
stinaui ipse mecum succedere uicarius muneri pasimõdo: & agere
iphigenie maritum. proinde eam mihi tradite & diis bene fauenti
bus in patriã remigrate. Rhodii quos uis magis q̃ uoluntas ultro
nea cogebat: lachrimabũdi iphigeniam cymoni tradunt: quæ cũ
ubertim fleret noli ĩquit cymõ generosa puella te ipam macerare.
nil ẽ qđ uerearis: ego sũ ille tuus cymõ qui te diutissime ardẽtiss.
meq; deperiui: qui pp estũ amoris torrẽtissimũ magis merui habe

re te uxorē q̃ pasimondas pp paternam pactionem.quo dicto ad socios reuertitur.& rhodios tradita iphigenia cum rebus oībus inuiolatos dimittit.Cymon qui se beatiorem cunctis mortalibus existimabat Auctus tam opulenta ac ꝓrsus regali preda cum soci is consultat in presentia non esse in cyprum redeundum.quo cir- ca communi consilio cretam uersus nauigare moliuntur. ubi oēs & potissimū cymon se se tutos fore credebant cum illic cognatos & amicos plurimos haberēt:Sed fortuna quæ iphigeniam cymōi fuerat gratificata utpote dea mobilis confestim gaudia uertit in luctus lamentabiles.uix horis quattuor ab discessu rhodiorū exa ctis supuenit nox:quam cymon sitienter prestolabatur:quamq; si bi noctibus oībus dulciore fore iam mētē conceperat.ecce ꝓcelo sa tempestas exoritur:celū fit nubibus atrū:mare uētis furentibus undabundū.Nemo qd utile factu foret satis despicere:cuncti tre pidare obliti nauticorū ministeriorū:Quis uerbis idoneis posset explicare quanto merore id tēporis cymon eēt affectus:ipse secū reputabat ideo suos sibi amores indulgere deos uoluisse:ut mor tē sētiret asperiorē:quā prius sine iphigenia nō magnope recusas set.Dolent lamentanturq; cymonis socii.sed iphigenia ubertim flens supra omnes dolore conficitur ad singulos undarū fluctus tremebūda:& cymonis amorem audaciamq; plorabūda detesta- tur:tanquā turbo ille ꝓcelosus nō aliūde seuiret:q̃ ex indignatio- ne deorū nolētium cymonē puellæ raptu cum gaudiali uolupta- te potiri:uolentiumq; ambos simul erūnabili morte desungi.Inter hos puellares eiulatus nautæ remigesq; quo se uerterēt nesciebāt & uēto in horas magis magisq; icrebescēte nauis appellitur ad in sulā rhodō:quā illi rhodon esse pre tempestate scire nō poterāt hic uiribus annixi ut ex undis ad terram quoquomodo descēdāt de sola salute cogitantes ad eum forte locum ita uolētibus fatis puenere:quo rhodii illi quos cymō abire pmiserat paulo ante p- uenerant:nec prius se rhodon delatos fuisse nouerūt:q̃ aurora ex

oriente uiderunt nauem ab ipsis pridie dimissam uix teli iactu di-
stantem. quamobrem cymon supra quã dici potest anxius timere
cepit ne id sibi qđ mox accidit accideret. iubet confestim omni ad
hibito conatu illinc educi nauigium quocunq; alio deferãtur ꝓui
faciens: nullibi enim se periculosius quã istic esse posse existimbat
Conatus remigũ sociorũq; maximi sed inefficaces extitere reflan
tibus uentis: quorũ ui uel inuitissimi in littus detrudũtur. ubi eue
stigio recogniti sunt a nautis rhodiorum. tũc ex illis repẽte unus
curriculo it ad uillam haud longe dissitã: quo globus ille rhodio
rum nobiliũ se cõtulerat: hisq; ex ordine denarrat cymonem cum
iphigenia eadẽ qua ipsos tempestate ad id littus deportatos fu-
isse. quo audito rhodii adolescentes statim gaudio ꝓsiliũt agrico
lisq; complusculis uocatis ad mare ꝓcurrẽtes cymonẽ una cũ iphi
genia iam iam fugam meditantem intercipiunt: captosq; ad eandẽ
uillam illico ducũt. Venit eodem paulo post lisimacus. q illo for-
te anno summus erat magistratus rhodiorum: stipatus globo mi-
litari: qui cymonem sociosq; in carcerem duci iubet. sicuti pasimun
das ubi rem omnem resciuisset cum senatu rhodiensi cõstituerat:
sic infortũatissimus amator quã paulo ante lucrifecerat iphigeniã
ammittit: Cuius preter paucula sauia nihil dulce gustauerat. hac sũ
mates matronæ complures comiter accipiunt fomẽtis refouẽt so
laciis mitigãt parti ex captiuitate subtristem ꝑtim ex maritima fa-
tigatiõe defectã. mãsitq; apud illas usq; ad cõdictã diẽ nuptiarũ.
Cymoni sociisq; uitã carcerariã uiuere concessũ est ob eã: quã ipse
rhodiis iuuenibus indulserat abeũdi facultatẽ. pasimũdas aũt pro
uirili parte urgere instare ut in carcere necarentur: quo in ꝑpetuũ
dãnati fuerunt uitã erũnosã sicuti par ẽ degẽtes omni ꝓrsus uolu-
ptatũ spe uiduati. Interea dũ passimũdas appatũ nuptialẽ ꝓ faculta
tibus ĩstruit: fortũa ꝑinde ac penitudine affecta cõminiscitur sup
petias Cymõi salutares. Erat passimũdæ frater natu qdẽ minor sed
uirtute nõ mĩor nõie Hormisdas: q post diutinã cõsultatoẽ decre

uerat ducere uxorem puellam quandam nomine Casandram:quã forma scitulam eflictim deamabat lisymacus. Igitur pasimundas nuptialem festiuitatem maximo apparatu celebraturus optimum factu duxit fratri persuadere ut eodem quoq; & ipse die uxorem ducere uellet:ita.n.sese supersessuros impensis nuptiarum duplicatis:itaq; negocium cum parentibus Cassandræ componit ut puella Hormisde fratri despondeatur:utq; eodem die quo ipse duceret uxorem Iphigeniam:cassandra itidem a fratre duceretur. Hæ consultationes mirandum in modum displicuere Lisymacho ab omni iá spe decidẽti:cui ꝑsuasissimũ erat casandrá sibi nupturá si hormisde non nuberet:Sed quod prudentis uiri officiũ est premit altum corde dolorem secũ ipse uolutás quo pacto hasce nuptias disturbaret:nec ulla inuenta ratione de puellæ raptu delibe rabundus secum agit:id quod illi facile factu haud dubie uidebatur utpote summum agenti magistratũ. Cõtra ab hoc incepto hominem reuocabat dignitas honoris:cuius decus auget facinoris dedecus. Tádẽ post multiplices cõsultationes amori cessit honestas:& ratio succubuit appetitui. Namq; Lisymacus destinat uel cũ discrimine salutis rape puellá:& dũ aĩo ꝑtractat quo ordíe qbus ue opitulatoribus hoc negociũ conficiat:forte cymonis reminiscitur:qui una cum sociis carceris publici custodela cõtinebatur. Re diligenter pensitata it non minus aĩo q̃ pedibus in hác sententiá: neminẽ neq; fideliorẽ neq; ꝓbatiorẽ ipso cymone ad hoc munus obeũdũ posse repiri:quẽ ꝓxima mox nocte intra cubiculũ suum furtim introductum.sic affatur. Quẽadmodum o cymon dii ad bona hominibus largienda propensi.sunt:ita hominũ quoq; uirtutes solerter expẽdũt. Et quos in tolerandis calamitatibus fortes offenderint:illos utpote magnanimos maioribus beneficiis ꝓsequnť. Voluerũt dii expimẽtũ tuæ uirtutis cape splendidius certiusq;:q̃ quod intra larẽ patriũ diuitiis copiosum tu per temetipsũ prestare potuisses:& sicut fando audiuimus te ex bruto atq; insen

fato ingeniosum solertemq; effecerunt. Dein cũ fortuna colluctã tem & nunc carceri tetro mancipatum experiuntur nunquid alius in presentia sis atq; tunc eras cum preda parta potiebaris. Quod si idem es qui iampridẽ fuisti : nihil unquã ab immortalibus diis tibi antehac datum est iucundius optaciusq; ea re:quam in presentia largiri moliũtur: Quid id sit ut pristinas uires animositatẽq; recipias paucis edocebo. Pasimũdas infortunio tuo lætus procuratorq; necis tuæ uigilantissimus festinat nuptias iphigenie celebrare ut capiat uoluptatem ex ea preda: quam fortuna tibi primo benigna concesserat mox turbata surripuit. Quanto autem tibi hæc res dolori esse debeat: si uero amore flagras: plãe cognosco. Hoc eodẽ die hormistas pasimũdæ frater similẽ in me ac pene eadem iniuriamconcinare molit᷑ uolens & ipse uxorem ducere Casandram : quæ mihi rebus omnibus est preciosior. Ad hæc incommoda cõtumeliasq; ꝓpulsandas sola nobis a fortũa uirtus relicta ẽ. Eia age hac duce strictisq; gladiis fiat nobis uia ui: tibi ad secundã mihi ad primam puellæ rapinam. quod si me ducem pulcherrimi facinoris strenue seq nõ recusaueris in manibus tuis ẽ & libertas & iphigenia: Quibus duabus rebus nihil apud te expetibilius eẽ debet. Hæc Lisymachi uerba cymonis animũ haud dubie refocilarunt erexeruntq;. qui statim citraconsultationem respondẽs sic infit. Neminem Lisymache neq; fideliorem neq; fortiorem me potes inuenire ad hoc facinus pagẽdũ: si modo qđ memoras factũ fortuna sequet᷑ Quo circa qđ mihi agẽdũ sit tu ipe ꝓspicito ego te ducẽ incontãter subsequar neq; imbellis neq; meticulosus. ad hæc lisymacus pẽdie inqt nouæ nuptæ ad edes maritales ducẽtur intra quas nos una cũ sociis fidissimis armati circa primã noctis uigiliã irrũpẽtes illas ex ipo cõuiuio rapiemus: raptasq; ad nauẽ: quã ob id ipsũ clãculo fieri iussi: perducemus: nemini parcẽtes eorũ: q obsistere ei negociũ nobis facessere tẽtabũt. Placuit ordo rei gerendæ Cymoni ad prestitutam usq; diẽ in carcere dissimulan

ter comorāti. Iam uenerat dies nuptiis destinatus: quæ pompabili
ter atq; magnifice celebrātur. Dum tota duorū fratrū domus re-
gali luxu splēdiscat & nuptiali feruet apparatu: Interea Lisymachus
oībus rebus negocio accōmodatis instructus Cymonē Cymonis
q; socios nec nō & suos tectis sub ueste gladiis trifariā dispartit.
Nāq; alii furtim mittūtur ad portū: ne qs cōscēdētibus nauigium
īpedimēto esse possit: alii in uestibulo locātur pasimūde domus:
ne a quopiā exitus intercludi queat. Cū reliquis ipse unaq; Cymō
nuptialia tecta sub cōdictū tp̄s ingrediuntur: scalas cōscendūt: ce-
nationem irrumpunt. ubi nouæ nuptæ una cum pluribus summa-
tibus matrōis ordinatim iā discūbebāt. ibi mensis precipitāter in-
uersis suā quisq; corripiūt easq; asseclis mādāt ad nauim euestigio
ducēdas. Sponsæ reliquæq; matronæ fletu lamentis & eiulatu fœ
mineo cūcta cōplere. Cymon & Lysimacus strictis gladiis uiā sibi
facientes nemine reluctari audente: Raptim descendentes scalas
emetiuntur: ubi illis obuius fit pasimundas: qui hoc tumultuoso
strepitu excitatus enormi baculo dextrā obarmauerat: quē cymon
ictu in caput librato obtrūcat: ad cuius pedes corruit moribūdus
Hormisdas quoq; periclitāti fratri suspetias ferre conatus uulnere
Cymonis interimitur: aliiq; nō pauci perempti cecidere: q̄ ausi fue
rāt manū cominus cōferre. Igitur illi relinquentes pasimūde domū
totā sanguine redūdātē plāgoribusq; atq; tumultu reboātem ad
unū incolūes sine interpellatoribus ad mare peruenīūt. Ibiq; in na
uigio raptas puellas collocātes ipsiq; cōsociis pariter cōscenden-
tes orā soluūt: & uentis uela cōmittētes remigūq; opera naue utē
tes q̄ ocissime abscedūt a littore iā iā plurimis referto: qui auxilia
sed serotina ferebāt capticiis puellis. Ipsi uero in creatam sospites
peruēire: ubi ab amicis atq; ꝓpinqs hospitaliter ac cōiter excipiun
tur: ibiq; celebrātes festiuitatē nuptialē uxores ducūt expetitas di
utino ex ea rapina gaudio perfruētes. apud rhodios cypriosq; ua
rii super hac re tumultus uariæq; perturbatōes exortæ. postremo

amicis necessariisq; utrobiq; depcātibus effectū ē:ut post tēpora triū exiliū Cymō cū iphigenia lysimacus cū casādra hic Rodō ille cyprō ī suā qsq; patriā remearēt.ubi cū suis fœliciter cōcorditerq; uixerunt.

Philippi Beroaldi oratio hita ī enarratōe Verinarū.



Etus uerbum est Viri prestantissimi & instar prouerbii apud eruditos celebratum:quod sic ait. leges bonæ ex malis moribus procreantur.Etenim nisi uitia agminatim erupissent:nisi mores mali uelut herba irrigua ut inquit P lautus uberime succreuissent:profecto leges superuacaneæ fuissent: quæ ad cohercendas cupiditates uitiasq; ex mortalibus tollenda latæ sunt.Et quemadmodum morbos ante extitisse necesse est:q̄ remedia eorum atq; medicamenta:Ita prius nequitia nata est & scelus exortum:q̄ leges condite:quæ obuiam irent nequitiæ sceleriq; flagitiosorum:Et quemadmodū medellæ plures ad inuumerabiles prope corporum morbos excogitatæ sunt:Ita leges innumeræ ad infinitas animorum improbitates amputandas sordesq; emaculandas conditæ fuerunt. Hinc lex pompeia quæ paricidas una cum Cane gallo gallinaceo uipera & simia uiuos insui culleo: dein ni mare flumenue deiici iubet:ut quos natura ipsa retinere in officio non potuisset: hi magnitudine penæ a maleficio summouerētur: Hinc lex cornelia:qua uenifici sicariiq; atrocibus penis puniuntur. hinc leges draconis emanarunt asperæ illæ quidem & truculentæ:sed tamen salubres & uitiis tollendis accōmodatæ:quibus pena capitis in omnis sontes erat constituta:etiā si uel tantillum deliquissent.Vnde demades orator dicere solebat draconis leges non attramento sed sanguine esse conscriptas. Verum ne longum faciam:tot ex malis moribus apud romanos senatus consulta:tot plebiscita:tot edicta pretoria : tot Imperatoriæ: tot pollitticæ: tot sacratæ leges prouenerunt:quot singillatim

recenſcere eſſet infinitum. Ex hac ipſa gliſcentium in dies uitiorũ labe ut reliqua pretereã: leges nõ paucæ de pecuniis repetundis productæ ſunt ad moderandaſq; cupiditates prætorum proconſulum reliquorumq; magiſtratuum: qui cum poteſtate atq; imperio ad prouincias gubernandas miſſitabantur: qui idẽtidem conſueuerunt prouinciales deſpoliare: pecunias obiudicãdum uel nõ iudicandum accipere: qui auaritiæ mancipati auroq; inhiantes cuncta predabãtur nundinato iure nũdinatiſq; ſententiis Igiť ut obuiam iretur huiuſcemodi rapinis & ſpoliationibus leges repetundarum conſtitutæ ſunt: quæ a luculentis ſcriptoribus ſociales appellantur: quoniam ſociorum prouincialium cauſis patrocinantur atq; amicorum po. ro. cauſa patratæ ſunt. Lucius ille piſo frugi cognominatus legem de pecuniis repetundis primus tulit. poſt piſonem Acylius glabrio inter romanos inclytus legem tulit alterã de repetundis & eam quidem ſeueriſſimam. quam Acyliam uocitauerunt. mox lex Iulia repetundarum eſt promulgata: cuius iuriſconſulti meminerunt. Præterea ueteres illi Romani: quorũ rebus domi foriſq; geſtis ueluti quibuſdã ſtellis latina micat hyſtoria: accuſatores eſſe in ciuitate multos non inutile eſſe cenſebant. ut hoc uidelicet metu improbitas malorum coherceretur. Mos autem fuit nequaquam improbandus quo iuuenes gloriæ laudiſq; ſitientes accuſabant magnos quidem uiros ſed flagitiis maculoſos. Ita aliquo inſigni iudicio incipiebant a ſuis ciuibus noſcitari: & eloquentiam in foro auſpicabantur. Sic olim pu. ſulpitius norbanum Caius furius Marcum aquilium. C. curio quintum Metellum accuſauerunt. ſic unde uigeſimo etatis anno. L. Craſſus C. carbonẽ: altero & uigeſimo Aſinius pollio catonem: nec multo ætate antecedens Caluus uatinium luculentis orationibus inſectati ſunt. ſic Pu. clodius adoleſcens Sergium Catilinam. Sic Iulius cæſar dictator uno & uigeſimo ætatis anno Cor. dolobellam uirum conſularem triũphaleq; repetundarum poſtolauerunt. ſic & . M. Tullius

dem affectus rationi adherescentes his noibus uocant. obsisten-
tes uero:& expugnantes rationem illis. Et quãdo lachrymis:& tre-
moribus:colorisq; mutationibus coarguũtur pro egritudine ac me
tu morsusq uo sdã:& contraciunculas nominant:& honesto pmp
titudinis noie cupiditates diminuunt:sophisticos non philosophi
cos ardores:& a negociis fugas noibus molliti uidentur. Quãq̃
illi ipsi gaudia:uoluntates: & cautiones bonas affectiones & non
inaffectiones uocant recto hoc loco noibus utentes. fit n. bona
affectio ratione non extirpante affectum: sed ad modum atq; or-
dinem redigente. At praui & incontinentes:quid patiuntur cum pa
trem matremq; amati aut amatæ loco iudicant esse diligendam : &
tum diligere non possunt:cum uero iudicant amandam esse mere-
tricem:adulatorem ue:continuo amant. nam si in affectu esset iudi
cium illud amandi:uel odio habendi amor:& odium sequi opor-
teret. Nunc autem contra euenit cum aliquibus consiliis affectum
adhærescere:& quædã deprecari atq; reiicere uideamus. Quaprop
ter cum dicunt rebus uiolatis non esse iudicium in affectu : sed id
tantum:quod motum effrenatum: & exuperãtem excitat aliud esse
in nobis quod iudicat:& aliud quod afficitur confitentur. Quem
admodum quod mouet:& quod mouetur diuersum est. Ipse uero
Crysippus multis locis diffiniens patientiam:& continentiam. cum
eas afferat habitus esse eligenti rationi obtemperantes perspicuũ
est q a rebus coactus est fateri aliud in nobis esse cui paretur : &
aliud quod paret. Cum uero dicãt omnia peccata esse paria: & oẽs
culpas æquales si in aliis ueritatem non cernunt:non est in præsen-
tia refelendi consilium : nam in plerisq; perspicuitatem:& euidenti
am oratione impugnare uidentur. omnem. n. affectum uitium esse
contendunt:& oẽs peccare. Qui aut dolore:aut metu:uel cupidita
te afficiuntur. Magne. n. affectuum differentiæ secundum plus : &
minus cernuntur. Quis. n. dicat formidinẽ Dolonis parem timori

Aiacis fuisse referentis pedem & ab hostibus gradatim discedētis & paulum genua alternantis aut quis conferat dolori Platonis Socratis morte suscepto: ægritudinem Alexandri ob clytum ad cōsciscendam sibi morte cōcitati: & quod præter spem accidit maiorem inurit dolorem: q̄ id quod euenire rōni erat cōsentaneum. Vt si qs expectet se aliquē uisurum māsuetudine: & morū gratia ornatum: & in admiratione hitum: & eum deprauatum peruersumq; intelligat: ut in philota Parmenioni contigit quis ira pari dicat in Anaxarchum usum fuisse. Nicocreontem. & magam in philemonem utrūq; ab illis contumelia affectū. Alter.n.pistillis fereis contundi: & concidi Anaxarchū fecit. Alter uero nudū ensem a carnifice Philemonis ceruicibus imponi iussit: deinde abire incolumem. Quocirca neruos animi iram Plato appellabat quid acerbitate aīus intēdatur: & māsuetudine remittat᷑. Hæc igit᷑: & alia huiusmodi explodentes intentiones affectuū & uehementias non dicunt fieri secundum iudicium: in quo peccandi est facultas. Sed morsus & contractiunculas: ac diffusiones esse plus: & minus ipso rōnali suscipiētes q̄q̄ & in ipsis iudiciis fieri uidentur differentie. Nam & pauptatem alii malum: alii magnum malum: non nulli etiam sūmum malū iudicant. Vt ēt eius uitande gratia in scupulos mariaq; ruant. Mortē uero alii quia priuent᷑ bonis: alii propter ultiones sub terra simpiternas: horrendaq; supplicia malum esse censent. Corporis sanitas ab aliis quia secundum naturam est & utilis amat᷑: aliis maximū bonorum esse uidetur: nec diuitiarum ullm gratiam: aut liberorum: aut a regnorum esse: demumq; uirtutes nec utiles: nec conferentes esse absq; sanitate arbitrantur. ex quo apparet in iudiciis ipsis alios magis. alios minus peccare. Sed hæc nunc non est refellendi locus. Illud autem ex eo colligendum est quod & ipsi concedunt a iuditio aliud esse ipsum irrationale in eo quod dicunt affectum maiorem ac uehementiorem fieri uerbis discrepantes: in rebus autem consen

tientes cum his qui affectus & irrationale a ratione: atq; iuditio dif ferre contendunt in his uero q̄ de illegalitate Chrysippus scripsit cæcam esse iram pronuntiat: & q̄ sæpe nō sinit cernere quæ apertis sima sunt & præcepta sæpe obscuret: ac paulo progressus nascen tes inquit affectus extrudunt ipsas rationes: & quasi aliter uidea tur uiolenter ad contrarias actiones propellunt. Deinde testimo nio utitur Menandri dicentis hei mihi misero ubi nam mentes no stræ & tamen eo tempore esse in corpore cum non hæc: sed illa de ligimus rursum Chrysippus pergens inquit. Cum animali rōne præ dito natura dederit omnibus in rebus ratione uti: & ab ea guber nari: nos illam sæpe uiolentiore aliquo impetu utentes reiicimus euentum probans ex discrepantia: & contentione affectus cum ra tione. Ridiculū profecto esset ut Plato dicebat aliquē esse se ipso p̄stantiorem: & rursus deteriorē: & alium esse cōtinentem sui: aliū incontinentē quomō posset fieri eūdem se ipso meliorē: & rursum peiorem esse: aut simul uincere: ac uinci: ni modo quodam esset cu iusq; animus natura duplex: & aliud bonum: aliud malum in se ipo haberet. Sic igitur qui deteriore utitur obtēperante meliori. Conti nēs sui est: atq; præstantior se ipso. Qui uero per negligentiam pa titur ut princeps animus irrationalem effrenatūq; sequat̄: & ei sub ministret: is dicitur se ipso inferior: & incontinens sui: & præter na turam affectus. Nam cum ratio sit diuinitus homini data conue niens est eam præstare: atq; imperare ei: quæ caret ratione: tum quia originem ducit a corpore: tum quia narura sua completur affectibus: & illorum fit similis: & eos induit: & cum illis commiscetur. Quam rem declarant appetitus corporis naturales & commoti: & repressi. Quando uidelicet in corporis mutationi bus: uehementius concitant̄ uel remittunt̄. Quæ re iuuenes uehe mentes ac temerarii sunt: & in appetitibus inflammati: & furren tes & rabidi propter sanguinis copiam: & caloris. At in senibus

cõcupiſcentiæ fons:qui quidem eſt in iocinore reſtinguitᷣ:paruuſq;
ſit:& imbecillis. Viget aũt magis ratio affectibus una cum corpore
tabeſcentibus. Et hoc ipſum deniq; ad affectus informat ferarum
naturas. Non enim prauis:aut rectis opinionibus aliis uires:& im-
petus ad ea quæ uidentur horrenda & grauia inſunt. & aliis irrepa
rabiles timores:& animi fuge ſed ſanguinis ſpũs: & corporis uires
differentias affectuũ efficiunt e carne tanq̃ a radice affectibus ger-
minantibus & educentibus qualitatem atq; diſcrimen: Quod át hu
manũ corpus cũ appetitibus affectatis cóſentiat: unaq; cómoueatᷣ
pallores arguũt rubores:tremores:cardiſq; pauitationes: & contra
diffuſiones in ſpe atq; expectatione uoluptatũ. Verũ qñ mens ipſa
ꝑ ſe ſic affectu mouetᷣ. Corpus agit qeté:& ſibi cóſtat:ꝑpea ꝙ mé-
tis agitationes nihil cũ corpore hñt cõe:ſi uerbi gratia aliqd e diſci
plinis mens attingat in qbus nõ eſt irrationali locus:ex quo ét pa-
tet duo eſſe & facultatibus inter ſe differentes. Omnium aũt oĩo
rerum & ipſi affirmant:& late patet alia habitu:cóplexuq; regi:alia
natura:alia irrationali aĩo:quedá adhibita etiá rõne:& intelligentia
quorũ ſimul oĩum ꝑticeps eſt hõ:& in oĩbus his differentiis ortus
eſt. Nam & hĩtudine continetᷣ:& alitur natura:& rõne utitᷣ atq; in-
telligétia:& couinctũ ét hét irratióale ingéitũq; affectus principiũ
ac fonté:nõ accerſitũ:nec aduocatũ ſed neceſſariũ nec ex toto extir
pandũ:ſed cultu & ꝓceptore indigés uñ nec thratiũ:nec lycurgium
rõnis munus eſt una cũ ꝑnitioſis excindere:ſimulq; interimere: q̃ in
affectibus ſunt utilia:uerũ tanq̃ ſator deus: & urbanus agreſtia : &
luxuriantia amputare:ac reſecare:deinde colere:& ad utilitaté cóſti
tuere. Neq;.n qui temulentiá uerentᷣ uinũ affundunt neq; affectum
qui perturbationes timent auellunt:ſed ei adhibent modũ. Bobus
quoq;:& equis ſaltus:& rebelliones:& cõtumaciá non motus: nec
actiones auferunt:affectibuſq; domitis: & obedientibus rõ utitur
haud eneruata:nec ſtirpitus excisa ex aĩo miniſtrandi facultate cur-

ribus.n.equis:aratro bos. At apro intentanti letũ aĩosus est inueniẽ
dus canis inqt pindarus. Quibus lõge sunt utiliora affectuũ iumẽ
ta:cũ uidelicet rõni auxiliant᷑: & concordes ad uirtutẽ dirigunt᷑. Vt
ira fortitudini:si adsit modus:iustitie odiũ ĩprobitatis. Indignatio
in eos:q ꝑter dignitatẽ secũda utũt᷑ fortuna. Quãdo amẽtia simul
& cõtumelia inflãmatus aĩus indiget cohertiõe:aut nimiæ indulgẽ
tiæ opus est amicitia:aut misericordiæ humanitate: aut cõi gaudio
comũiq; dolori beniuolẽtia uera:nec si q̃s cupiat euellere assequet᷑
Quod si q amorẽ una cũ furioso amore eiiciunt peccant: ꝑfecto:
nec illi qdem recte faciunt:q cupiditatẽ propter auaritiam uitupant
non enim discrepant ab illis:qui cursum pp lapsus:& iactũ ne ultra
iaciatur extingunt.& qui penitus cantus propter dissonantiã odio
habent. Verum ut in sonis musica concentum non extinctione gra
uis & acuti:& in corporibus medicina salutare non internitione ca
loris:& frigoris:sed cum symmetria:& quantitate temperationibus
ipsorum perficit. Ita in anima mores quando a ratione affectuum
potentiis:ac motibus æquitas adhibetur: ac moderatio. Tumenti
enim corpori: & inflammato similis est ægritudine se uehementer
afflictantis:& lætitia effuse gestientis:timoreq; attoniti animus nõ
lætans:nec dolens:nec metuens. Recte igitur Homerus cum dixit.
Viri boni non mutatur color:nec timet nimis.metum non abstulit
sed uimium metum. Vt fortitudo non desperatio : & amentia &
audacia:non temeritas fiat. Quare in uoluptatibus nimia tollenda
est cupiditas:& in ultionibus nimium improbitatis odium. Ita.n.
alius non stupidus:sed modestus:alius iustus:non sceuus: nec acer-
bus erit. Quot si penitus affectiones tollerentur: fieriq; id posset
in multis ratio signis:obtusa:& languida esset. Vt gubernator de-
stitutus a uentis. Quam rem intelligentes latores legum in rebus
publicis cupiditatem gloriæ & emulationes inter ciues serunt. Cõ
tra hostes autem tubis:aliisq; modis iram excitant: & amorem au-

gent pugnandi. Non modo.n.in poematis ut inqt Plato artificem & elaboratum. Qui musarum afflatu correptus est ridiculum ostēdit esse. Verum & in bello affectus furore numinis pcitos nec posse sustineri & esse inuictos. Quos etiam uiris deos infundere Homerus canit. Sic fatui robur magnum īspirauit achiuum. Pastori: & illud. Non hic sine numine diuum. Hæc furit:a affectum adhibentes rōni tanq̄ impetum:& currum. Hosq; ipsos uidere licet:iuuenes sæpe laudibus excitare:ac sæpe obiurgationibus castigare:quorum aliud uoluptas.aliud dolor consectatur:nam obiurgatio : & uituperatio inurit penitentiam:& pudorem. Quorum aliud est genere dolor.aliud metus. Quibus maxime ad emendationes correctionesq; utuntur. Vt diogenes laudante.quendam Platone. Quid uero inquit habet ille grauitatis. Qui tot per annos philosophiæ operam dedit:ac nullum affecit dolore.haud ita quidem disciplinas qs dicat. Vt Xenocrates dicere solebat esse ansas philosophiæ Vt iuuenum affectiones pudor:cupiditas:pœnitētia:uoluptas: dolor:& Gloriæ cupiditas indebita conuenienteq; uia:iuuenem expedite perfecteq; constituunt. Vt recte dixisse pedagogum illum laconem credamus effecturum sese dicentem. Vt puer honestis gauderet:& turpibus augeretur. Cum nihil maius:nihil præstabilius homini libero educatione:eruditioneq; congrua:& debita excogitari possit.

Finis.